Fallacia secundum ignorantiam elenchi est deceptio pueniens ex eo qd non observantur ea que sunt necessaria ad definitionem elenchi. et proprie ex parte definitionis. Est autem elenchi syllogismus definitionis qd quicquid est vnus syllogismus: quicquid duo. Vnus quidem est / qm syllogismus concludit contradictionem alicuius propositionis prius date: sicut si datur aliquod animal quod est incorruptibile et procedatur sic. Omne compositum ex contrariis est corruptibile. omne animal est huius: ergo animal est corruptibile. Hec est contradictoria conclusio prius propositionis date. duo enim syllogismi constitunt elenchum. Quonia ex duobus syllogismis contradictorie concluditur: sicut in predicto syllogismo contraponatur alius talis syllogismus. Nullus beatus est corruptibile: aliquid autem est beatus: ergo aliquid autem non est corruptibile. De ratione igitur elenchi est syllogismus et contradictio. Quicquid ergo est contra definitionem syllogismi et contradictionis: etiam est contra elenchi definitionem. Et formatur sic paralogismus. duo sunt duplum ad vnum: duo non sunt duplum ad tria: ergo duo sunt duplum et non duplum. Non valet quoniam ommissio huius quod est esse idem / non est contradictio: et hoc per secundam speciem regule e. denunciatur est. Ad istam deceptionem applicamus b. f. c. Per b. intelligimus qd duo differunt ab vno et e conuerlo. Per f. intelligimus qd plus sunt duo qm vnus in quantitate discreta. Per c. intelligimus qd duo concordant in pari numero / et tres in impari numero concordant. Amplius per camera d. f. e. Per d. intelligimus qd numerus par / videlicet duo: est constitutus ex duabus unitatibus secundum secundam speciem regule d. Vnus est principium numeri secundum primam speciem regule d. Per f. cognoscimus qd duo et vnus non sunt mensurati equaliter in numero per primam speciem regule e. quia duo sunt duplum / et vnus non est duplum.

De fallacia petitionis principis.



Fallacia principis est deceptio pueniens ex eo qd idem sumitur ad probationem sui ipsius sub aliquo vocabulo. Et formatur sic paralogismus: animal rationale currit: ergo homo currit. Ad istam deceptionem applicamus camera e. f. h. Per e. intelligimus qd principium non probatur in maiori propositione / sed supponit tantum. Per f. intelligimus qd maior propositio

De fallacia secundum ignorantiam elenchi. Elenchus quid sit.

De fallacia petitionis principis.

z minor non sunt coniuncte/ eo qz maior ppositio est positiva. Et minor quidem indiget pbatone maioris. Per h. intel- ligimus q animal rationale non omni tempore currit. ¶ Item per camerā g. f. i. cognoscitur deceptio. Nam per g. co- gnoscimus qz vtro syllogismo competit qz ppositio maior sit probata. Per f. in- telligimus qz maior ppositioz minor cū probatiōe sint coniuncte z mensurate. Per i. cognoscim⁹ qz non sunt equaliter in conclusione.

De fallacia consequentis.

De falla- cia conse- quentis.



Fallacia consequentis est de- ceptio pueniens ex eo qz cō- sequens existimatur omni no idē antecedenti esse. z for- ma sic paralogismus. Si asinus ē/ animal ē: s; tu es animal: ergo tu es asinus. nō valet. ¶ Ad istā deceptiōē applicamus came- rā b. f. d. Per b. intelligimus asinū z ani- mal rōnale differētes specie/ eo qz diffe- rētia q̄ ē iter sensuale z sensuale/ nō ē il- la q̄ ē inter sensuale z intellectuale. Per f. intelligimus qz sensuale z intellectu- ale coniunguntur in hoīez non in asino. Per d. intelligimus qz in hoīe consi- gū- tur sensuale z intellectuale/ in cōstituē- do ipsum hominē/ in asino vero nō. Per camerā d. f. e. Per d. intelligimus qz sup- posituz quod est de sensuali z sensuali/ non conuertitur cum supposito de sen- suali z intellectuāli. Per f. intelligimus qz homo et asinus non intrans sub vno medio continuo extremitatum. Per e. intelligimus qz homo est yz intelligat: et asinus vero non.

De fallacia secundum non causam vt causa.

De falla- cia secun- dum nō caus- am vt cā.



Fallacia secundū nō cām/ vt causa: est qm inter pmissas i quibus sequitur conclusio/ ponitur aliqua ppositio q̄ nihil ad cōclusionēz operat z sic nō est cā. Causa aut hic dicit qz est causa/ inferendo secūdū qd̄ pmissis di- cuntur esse cause cōclusionis. Et forma tur sic paralogismus: vt anima et vita sunt idem. Et mors et vita sunt con- traria. Generatio z corruptio sunt con- traria: sed mors est corruptio: ergo vi- ta est generatio: et viuere est generari/ qd̄ est impossibile. ¶ Ad istā deceptiōē

applicamus b. f. c. Per b. intelligimus differentiam inter animā z vitā q̄ vita ē superius vt patet in brutis per animaz vegetatiuā z sensitiuā continuatas: z p animā ratiocinatīnā continuatā de sen- suali et intellectuāli intelligimus diffe- rentiā. Per f. intelligimus vitam anime rationalis nō continuatā vite bruti. Per c. intelligimus qz in anima rationali/ vi- ta est magnitudo cōtinuata de intelle- ctu/ volūtate z memoria. In brutis vero z in plantis nequāqz. ¶ Amplius cogno- scimus deceptiōē per cameram d. f. e. Per d. cognoscimus qz vita in plantis si- ue in brutis est de correlatiuis corrupti- bilibus: in aīa vero rōnali minime: cum non sit ex cōtrariis. Per f. cognoscimus qz causa z non causa non coniunguntur in supposito. Per e. cognoscitur qz aīa vi- uit quiescendo in fine scilicet in deo: mors autem non.

De fallacia secundum plures interrogaciones.



Fallacia secundū plures inter- rogaciones est deceptio p- ueniens ex eo qd̄ ad interro- gationē que est plures/ dat vna respōsio: ex eo qz de vno modo interrogādi proponitur. z forma tur sic paralogismus. ¶ Putas ne vt ho- mo z asinus sint animal rationale. Et si dicatur sic: pcedatur sic. hō z asinus nō sunt animal rōnale: ergo homo non est animal rationale. ¶ Ad istā deceptiōē applicabimus istā camerā b. f. c. Per b. intelligimus qz differētia existens in- ter sensuale z sensuale/ differunt a diffe- rentia existente inter sensuale z intelle- ctuale: ratione cuius homo z asinus nō possunt esse idem. Per f. intelligimus qz homo z asinus non sunt sub vno medio continuo extremitatum. Per c. intelli- gimus qz hō z asinus nō cōcordāt in eadē specie neqz in eodem numero. ¶ Itē p ca- merā d. f. g. cognoscitur deceptio. Per d. intelligimus qz homo est constitutus de tribus animabus: scilicet de anima ve- getatiua/ sensitiua z ratiocinatīna. Asi- nus vero non: sed de vegetatiua z sensiti- ua tantum. Per f. intelligimus qz ho- mo potest habere scientiam in habitu: asinus vero non. Per g. intelligimus qz risibilis est propria passio hominis: z etiā intelligibilitas est ei substantia- lis: asino autem ista nō competunt.

De falla- cia secun- dum plu- res interro- gatio- nes.

De fallacia contradictionis.

De fallacia
contra
dictionis.



Fallacia contradictionis est
deceptio: et est dependens
ab octo propositionibus su-
per predictis que euidenter con-
cludunt contradictionem quam
composuimus in logica no-
ua per modum artis generalis inuenta.
Et formatur sic paralogismus. Nullus
lapis est visibilis: quidam lapis est visi-
bilis: ergo quidam lapis est visibilis et non
visibilis. Ad istum paralogismum appli-
camus istam cameram b. f. c. Per b. intelli-
gimus quod est differentia inter lapidem visi-
bilem et inuisibilem: ex eo quia lapis inuisi-
bilis non est visibilis per se: ut non sit
habituatus de habitu sensitivo. Lapis
autem visibilis fit per accidens: ex eo quod vi-
sus se habituatur de colore ipsius et litu.
Per f. intelligimus quod quia lapis est inuisi-
bilis: non est coniunctus cum specie visi-
bilitatis: sed quia est visibilis sic. Per c. in-
telligimus quod visus non est agens in la-
pide inuisibili per quartam speciem eiusdem
regule: nec habet passionem sub potentia visi-
us. Sed de lapide visibili totum contrarium
potest dici. Amplius per cameram g. f.
h. cognoscitur deceptio. Per g. cognosci-
mus quod visibilitas non est propria passio
hominis: sed per accidens visus approp-
riat ei visibilitatem: eo quod color / figura /
litus / sunt sua obiecta. Per f. intelli-
gimus quod lapis non est cum sensitiva. Per h.
intelligimus quod lapis aliquando est visibilis: et
aliquando non est visibilis. Diximus de falla-
cia applicatis regulis ut cognoscantur de-
ceptiones fallaciarum. Et per hoc quod dixi-
mus cognoscit intellectus quod logicus cum
fallacia non est ausus stare coram natura
li /posito quod ita sit sicut tu logicus dicis
hoc quidem impossibile et illud et cetera se-
querentur in natura rerum: ut patet in
natura definitionum principiorum et
regularum. Et in isto passu cognoscit in-
tellectus quod in disputatione aliquis lo-
gicus cum alio logico non quiescit in fi-
ne: eo quia non descendunt ad veritatem
rei: sed tantum stant ad nomen et ad
similitudines rerum per definitionem
contrarietatis. Sed si logicus disputat
cum naturali / cito inquiritur veritas rei
et in fine cito quiescunt. Quia logicus
experientias minime negare potest:
quas attingunt cum sensitiva / imagi-
nativa et ratiocinativa: ut supra di-
ctum est.

De modo docendi.



Et quartam figuram verius
per alias datur modus
que alie scientie possunt fa-
ciliter et breuiter acquiri: si-
cut theologia / philosophia
et. Et hoc inueniendo me-
dius non existens generalissimum. neque spe-
cialissimum. Ratio huius est: quia ista scientia
habet principia generalissima: et etiam re-
gulas generalissimas. Alie vero scientie
habent subalternata principia: et sic me-
dius earum est imperfectum sine ista scientia.
Et sic cum difficultate homines addiscunt
logo tempore. Et quia dubitant / non habent prin-
cipia generalissima ad que recurrant arti-
ficialiter: sicut facit artista huius artis.
Alterius docebuntur alie scientie per ar-
tem istam / ponendo cameram in qua sit f. per me-
dio in auctoritatibus aliarum scientiarum
exponendo auctoritates in camera / secun-
dum illum modum per quem f. posset iterare ipsas
auctoritates / exponendo / reducendo ipsas
ad syllogismum secundum illam doctrinam que iam
superius dicta est. Et de hoc dabimus exem-
plum. Sic legitur in theologia quod deus est pu-
rus actus. Ista auctoritas est probabilis
per istas duas cameras: videlicet b. f. c.
et per cameram d. f. e. Et hoc isto modo per
b. habebimus bonitatem et differentiam. Per
c. quod bonitas est magna ratio habens in
se correlatiua magna et bona et distincta.
Per d. eterna et primitiua. Per e. sunt
quietata ratione finis: et per secundam
speciem regule d. et per primam e. sunt ne-
cessaria. et per f. sunt coniuncta et mensu-
rata bene / infinite eterne ab omni acci-
dente separata. Et sic facta ista exposi-
tione visus et clarus est: quod deus purus actus
est in existendo et agendo. Alterius legi-
tur in philosophia quod de nihilo nihil fit.
Ad exponendum et explanandum istam au-
toritatem assignamus cameram d. f. e. Per
d. exponimus quod nihil non est principium:
quia si sic / nihil iam aliquid esset. Item per
d. quod nihil non est materia ad aliquid. Nam
si de ipso posset fieri aliquid / iam esset ali-
quid hoc. Idem intelligitur de tertia spe-
cie d. Si enim esset nihil subditum alicui / ali-
quid quidem esset. Item etiam sonat siue signi-
ficat quod de nihilo non fiat aliquid. Neque
nihil medium habere potest: quia si haberet
medium / iam esset aliquid. Per e. intelligitur
quod nihil non potest esse causa materialis / for-
malis / efficiens et finalis: atque de nulla
potestate potest esse habituatum: quia si
esset in opposito / iam sequeretur quod esset
aliquid. Et sic explanata est et exposita
predicta auctoritas per antedictam cam-
eram. Non tamen dico quod mundus sit eternus:

De modo
docendi.

immo est nouus et inceptus: ut probatum est superius: sed illa auctoritas que dicitur quod mundus creatus est ex nihilo: exponitur potest per dictam cameram. **D.** quidem ponitur quod deus est primitiuus per eternitatem/potestatem et intellectiuitatem. Et per tertiam speciem d. non est subditum suum posse: et sic potest intelligere et producere quod mundus qui non erat actu/neque in potentia in nihilo. Sequitur ergo quidem mundus actu per creationem deo mensurate sua infinitam potestatem/intellectiuitatem/primitiuitatem etc. **¶** Uterius legitur quod ens et unum conuertitur: et veritas et unum: et bonum et verum: et huius auctoritates iste possunt exponi per cameram b. f. c. et sic de alijs cameris sicut de camera b. f. g. Quoniam per b. habentur differentias sicut iter sensuale et sensuale. Quoniam in lapide unum est ens: in planta aliud est ens: et in sensato aliud etc. et sic de uno et vero: et bono et vero. **¶** Iste bonitates/unitates et veritates non conuertuntur: quia si sic destructa esset differentia: et per consequens medium. Et sic de concordantia/quod est impossibile. Nam una mensuratio est in lapide: et unum medium continuatur: una quantitas in lapide/alia in planta etc. Et sic quo ad litteras/auctoritates stare non possunt: eo quod camera non potest intrare auctoritates secundum expositionem litterarum/sed intrat cum sensu allegorico: et hoc cum regula g. **¶** Quoniam correlatiua quo ad unitatem/non sunt proprie quo ad entitatem atque ad bonitatem et veritatem: sed appropriate sic/eo quia quodlibet principium se comunicat alteri. Et sic remanent principia differentabilia et concordabilia et mediabilia et rationes quales: et quodlibet principium habet suam quietem propriam per suam propriam essentiam et actum: et nullum inconueniens sequitur. Et ad hoc regula b. consentit cum omnibus alijs regulis. **¶** Secundum quod de theologia et philosophia dedimus exemplum/exponendo declarando cum cameris: ita potest fieri de alijs scientijs: videlicet de medicina/iure et moralibus etc. **¶** Quoniam si auctoritas continet in se veritatem camere quarte figure/possunt ipsas intrare auctoritatem cum suis definitionibus et speciebus/affirmando vel negando. Et sic non impossibile est quod auctoritas sit vera. Nulla enim auctoritas constituta ex primis veris et necessarijs principijs contradicit rationi. Et ista regula est infallibilis et necessaria.

¶ Finis septime partis principalis.

Regulage
beralis.

Octaua pars principalis De mixtione principiorum et regularum.



Ars ista in

Octaua p
tis Rubu
ca.

duas partes diuiditur: videlicet in mixtionem principiorum deductorum uno deducto in alio. **¶** Secunda pars est de principijs deductis per regulas. **¶** In parte ista datur doctrina quomodo unum principium cognoscatur per alia principia deducendo ipsum per ipsa principia et per omnes species regularum. Ideo quoniam est dubium super aliquo principio/recurritur ad istam partem. ibi quod de poterit inuenire veritatem de ipso cum predictis principijs et de speciebus regularum: sicut si quod fuerit aliquo bonitas sit ens substantialiale. **¶** Iterum vtrum aliquo bonitas moralis sit habitus et ens reale. Et tunc temporis recurrat ad capitulum bonitatis deducte per alia principia et per regulas: et teneat id quod magis videbitur rationale per regulam b. mixtis alijs regulis et definitionibus principiorum. **¶** Et ista mixtio est centrum et subiectus huius artis. **¶** Uterum in tertia figura facta est mixtio regularum et principiorum. Sed in parte ista declarabimus per ordinem uno principio deducto per omnia principia et per omnes regulas per deductiones continuas: ut intellectus sit discursiuus singulariter per quodlibet principium. **¶** Et primo de prima parte dicemus.

Centrum
subiectus
huius ar
tis.

De bonitate per principia deducta.



Bonitas per se est ratio bono quod agat bonum siue producat: et quod est magna per magnitudinem/est ratio duplicata bono quod producat magnam bonum.

De boni
tate per
principia
dedu
cta.

¶ Bonitas per durationem est durabilis: et sic est ratio bono quod producat bonum durabile. Et quod est magna per magnitudinem: ut dictum est: est ratio triplicata: ut bonum agat bonum magnam et durabile. **¶** Bonitas per potestatem potest existere et agere: et sic bonitas per hoc quod per se habet et per hoc quod habet a potestate/et per hoc quod habet a magnitudine/et per hoc quod habet a duratione/est ratio quadruplicata bono quod producat et agat bonum/magnam/durabile et potes: et sic de alijs principijs cum quibus principia multipliciter permisceri tenendo modum quem dedimus.

Octava pars.

Tamē excludimus cōtrarietatem & minoritatem cum quibus non pōt habere multitudinem. Et q̄ euitamus prolixitatem/volumus exemplificare q̄ sit quadruplicata & sextuplicata &c. sed exemplificabimus & ostendemus quomodo est p̄ omnia principia combinata. ¶ Bonitas per sapientiam est scibilis. Et sic est ratio bono scientificē q̄ agat bonū scitum aut scientificū. ¶ Bonitas per voluntatem est amabilis/ergo est ratio bono p̄ amorē q̄ agat bonū amabile siue amatum. ¶ Per virtutē bonitas est virtuosa. Et sic est ratio bono virtuoso q̄ agat bonum virtuosum. ¶ Bonitas per veritatem est vera. & sic bene & vere est ratio bono q̄ agat bonum verū. ¶ Bonitas per gloriam est gloriofa: et sic est ratio bono q̄ agat bonum gloriofum. ¶ Bonitas per differentiam est clara & non confusa. Et sic bene distincte et clare est ratio bono q̄ agat bonum clare a seipso distinctū. ¶ Bonitas p̄ concordantiam est concordabilis/ & sic bene & concorditer est ratio bono q̄ agat concorditer bonū concordatum. ¶ Bonitas est p̄ maliciam q̄ est suū contrarium. Et sic concordantia est p̄ contrarietatem/ eo q̄ sunt p̄traria. & sic bonitas bene & concorditer est contra maliciam & contrarietatem. ¶ Bonitas per principium habet rationem principij. & sic est ratio bono bene/ & principiant q̄ p̄ducant bonū principiatū. ¶ Bonitas h̄z rationem mediū per mediū. & sic bene & mediāter est ratio bono q̄ cum medio agat bonū. ¶ Bonitas p̄ finem habet rationem finis. Et sic bene & finaliter siue p̄fecte est ratio bono q̄ agat bonū p̄fectū & q̄tatum. ¶ Bonitas per maioriā habet rationem maioriā/ & sic bene maioriāter est ratio bono q̄ agat bonū maioriāter. ¶ Bonitas per equalitatem est de ratione equalitatis. & ideo bene & equaliter est ratio bono q̄ producat bonū ex pluribus rebus equalitatem. ¶ Bonitas q̄ minor est habet rationem minoritatis per minoritatem. & ideo est ratio bene & minoritēter bono minori q̄ agat bonum minoritēter/ & hoc dicitur respectiue siue comparatiue. ¶ Dicitur est de bonitate deducta linealiter per omnia principia. Et quia generaliter de ipsa locuti sumus/ potest artista in linea bonitatis multa ad placitum inuenire.

De magnitudine deducta per principia.

M

Magnitudo est bona p̄ bonitatem/ & bonitas est magna per magnitudinem. Et sic ex istis sequitur concretū/ quod est magnum bonum. ¶ Magnitudo est durans per durationem/ & duratio est magna per magnitudinem/ & ex istis sequitur concretum magnum & durans. ¶ Magnitudo per potestatem potest existere & agere/ & potestas per magnitudinem est magna. & sic magnitudo cum potestate est ratio/ quare est magnum concretum habens magnam potestatem existendi & agendi. ¶ Magnitudo est scibilis per sapientiam/ & sapientia per magnitudinem est magna: & ista duo causant concretū magnum & scientificum habens magnum scire. ¶ Magnitudo est amabilis per voluntatem/ & voluntas est magna per magnitudinem: & sic causant magnum concretū amatum / in quo sustentationē habet. ¶ Magnitudo per virtutem est virtuosa/ & virtus per magnitudinem est magna: & ex istis causatur magnum concretum & virtuosum/ in quo habent sustentationē: & ipsum concretum est esse/ & ipse sunt essentie. Et in isto passu apparet quomodo plures essentie cōponūt vnū esse cū seipso. ¶ Magnitudo per veritatem est vera/ & veritas per magnitudinem est magna: & ex ipsis sequitur magnum concretum verum/ in quo sustentationem habent. ¶ Magnitudo p̄ gloriam est gloriofa/ & per magnitudinem gloria est magna. Et ex ipsis sequit subiectum/ in quo magnificentiam et delectationem habent. ¶ Magnitudo p̄ differentiam est distincta/ ratione cuius distinctionis in essentia magnitudinis distinguuntur/ magnificentis/ magnificentabile & magnificare. & differentia est p̄ magnitudinem magna/ & ideo in eodē subiecto participant per magnificare & distinguere. ¶ Magnitudo per concordantiam est concordata/ & concordantia per magnitudinem magnificata: & ideo in eodē subiecto participāt per magnificare & concordare. ¶ Magnitudo est contrariabilis p̄ contrarietatem/ in istū est p̄ trāsmutationē: s̄z naturaliter nō est p̄tra se. Et quietas p̄ magnitudinem magna est: sicut ignis & aqua q̄ p̄ magnitudinem habet contrarietatem magnā/ calefaciēdo & frigefaciēdo. ¶ Magnitudo p̄ naturā principij h̄z in se principia sibi coessentialia. s̄z magnificentiū/ magnificentabile & magnificare. & principij p̄ magnitudinem ē magnificatū/ habes in se naturaliter magnum principiatū

Deductio magnitudinis per principia.

principiabile et principiari. Magnitudo per medium habet rationem mediā di. et medium per magnitudinem habet rationem magnificandi / supposito tamen q̄ sint in eodem subiecto. Magnitudo est causa quare finis est magnus et finis est causa quare magnitudo est in quiete / et hoc in eodem subiecto. Magnitudo per maioritatem est maior: et maiortas est magna per magnitudinem: et hoc est necesse ut in subiecto quodlibet habeat actum suum: scilicet magnitudo / magnificare / et maiortas / maiortificare. Magnitudo per rationem equalitatis habet in se res coequaliter / videlicet magnificatiuū / magnificabile / et magnificare quoequaliter sunt de magnitudine: et equalitas ratione magnitudinis in se habet res magnas sibi coessentialia. s. magnum / equalificatiuū / equalificabile et equalificare. Magnitudo quo ad maius / est disparata a minoritate: quoniam cum ipsa non posset esse hoc quod est. ratio huius est / quare paruitas et minoritas conuertuntur: scilicet quo ad subiectum in quo sunt: sicut peccatū quod non est aliquid: et sic de accidente quod non potest per se existere.

De duratione deducta per principia.

De duratione deducta per principia.



Duratione est bona per bonitatem / et bonitas durat per ipsam. Et ideo duratio recte causat durationem: bonitas vero indirecte: hoc est per accidens. et est ratio bono quod agat bonum durans. Duratio est causa quare magnitudo durat / et est magna per magnitudinem: et ideo in subiecto in quo sunt / participant per durare et magnificare: supposito tamen quod non sit aliquid quod preiacens quod impediatur actus eorum. Duratio est causa quare potestas durat: et potestas est causa quare duratio potest existere et agere. et sic in subiecto in quo sunt / participant per durare et posse. Sapientia durat per durationis rationem: et duratio est scibilis per sapientiam. et sic in subiecto in quo sunt / participant per durare et scire. Duratio est amabilis per voluntatem: et voluntas est durabilis per durationem. et ideo in subiecto in quo sunt / conueniunt per durare et amare. Duratio est virtuositas per virtutem: et virtus est durabilis per durationem. et ideo in subiecto in quo sunt / duratio distat a vitio per virtutem: et virtus a privatione per

durationem. De ratione durationis est durare. De ratione veritatis est verificare: et veritas durat per durationem: et duratio per veritatem est vera. Gloria durat per rationem durationis: et duratio est gloriosa per rationem glorie. et ideo duratio distat a pena per gloriam: et gloria distat a privatione per durationem. Duratio est clara et incōfusa per differentiam: et differentia durat per durationem: et sic duratio per differentiam habet durationem / durabile et durare differenter et distincte. et differentia huius per durationem durationem / durabile et durare permanent et duranter. Per rationem concordantie duratio habet in se res concordantes: et per rationem durationis concordantia huius in se res durantes et permanentes. Duratio contradicit suo contrario et destruit quod potest: et contrarietas destruit quod potest durationem. et ratio huius est / quare contrarietas concordat cum non esse: et duratio dicit esse. Duratio per principium huius rationem principii: ut omnia que durat / sub ratione durationis durat. Et ideo principium per rationem durationis durat. Duratio ratione mediū huius mediū scilicet durare existens in medio durationis et durabilis. Et mediū ratione durationis durat in subiecto in quo est. Duratio ratione finis est perfecta et quietas: et finis durat per rationem durationis in subiecto in quo est. Duratio ratione maiortatis est maiortas in aliquo subiecto: et maiortas per rationem durationis est substantia duranter in subiecto. Duratio ratione equalitatis huius rationem coequalitatis. nam habet inter durationem / durabile et durare sibi coessentialia. Et equalitas ratione durationis durat in subiecto in quo est. Duratio in subiecto in quo est ratione minoritatis est circa nihil: et minoritas ratione durationis durat et valet circa esse.

De potestate deducta per principia.



Potestas est bona per bonitatem. Et bonitas per potestatem potest existere et agere. et ideo in subiecto in quo sunt / scilicet naturam quam habet / mouet se subiectum ad agendum et existendum cum ipsis bene et potenter. Potestas est magna per magnitudinem: et magnitudo potest existere et agere secundum potestatem. Et ideo in subiecto in quo sunt / quod deficit / unum: supplet alteri secundum rationem suam. Sed quandoque est aliquid preiacens quod impedit hoc quod est principium de alia ra-

De potestate deducta per principia.

Octava pars

tionem. ¶ Potestas est durabilis per durationem. Et duratio potest existere et agere per potestatem: et si duratio est eternitas/existere et agere sunt necessaria/eo quia in eternitate nulla est novitas. ¶ Potestas per sapientiam est scibilis. Et sapientia per potestatem potest existere et agere: et si conuertuntur/existere et intelligere et agere sunt de necessitate quia non possunt aliter se habere. sed hoc de deo intelligitur tantummodo. ¶ Potestas per voluntatem est amabilis/voluntas per potestatem potest existere et agere: et si conuertuntur/subiectum in quo sunt/potest de necessitate existere et agere et amare. ¶ Potestas per virtutem est virtuosus: et virtus per potestatem potest existere et agere: et sic subiectum in quo sunt/potenter et virtuose potest esse existendo et agendo. ¶ Potestas per veritatem est vera: et veritas per potestatem potest existere et agere. Et si in subiecto in quo sunt/non conuertuntur: privatio conuersionis ponit quod subiectum in quo sunt/potest esse mendax et ociosum. ¶ Potestas per gloriam est delectabilis: et similiter gloria per potestatem potest existere et agere. Et si in subiecto in quo sunt/conuertuntur: necessario potestas distat a pena: et gloria ab impotentia. ¶ Potestas per differentiam est ratio inconfusa et clara: et differentia per potestatem potest existere et agere. Et si in subiecto in quo sunt/conuertuntur: sequitur de necessitate quod subiectum sit actu in posse et in distinguere bene ab ipso. ¶ Potestas per concordantiam est concordabilis: et concordantia per potestatem potest existere et agere. Et si non conuertuntur/privatio conuersionis ponit impossibile esse in subiecto posse et concordare. ¶ Potestas per contrarietatem non potest esse contra se: nec contrarietas per potestatem potest esse impotens. Et quia non conuertuntur/privatio conuersionis ponit quod potestas aliqua est a contrarietate disparata. ¶ Potestas per principium habet naturam principandi: et principium per potestatem habet naturam possificandi: et si conuertuntur/posse et principiare sunt disparata a contingencia et nouitate. ¶ Potestas per medium habet naturam mediandi: et per istam naturam/posse existit in medio potentis et possit. Et medium per potestatem potest existere et agere: et ideo medium ponit influentias a fine: et refluentias a principio/et naturam eorum sapere. ¶ Potestas per finem est quiescibilis: et finis per potestatem potest existere et agere. Et si conuertuntur/

impossibile est quietem non esse in subiecto in quo sunt. ¶ Potestas per maioritatem habet naturam maiorandi: et maiortas per potestatem habet naturam possificandi. Et quia non conuertuntur/privatio conuersionis facit ipsas esse limitatas in subiecto in quo sunt. Et in isto passu apparet quomodo entia crescibilia crescunt usque ad terminum determinatum a natura: et in senectute ad corruptionem inclinationem habent. ¶ Potestas per equalitatem habet naturam coequandi inter potestatem/possitum et posse. Et equalitas per potestatem habet naturam possificandi: et si conuertuntur/impossibile est posse/et coequare aliter se posse habere. ¶ Potestas per minoritatem est circa non esse: et minoritas per potestatem est circa esse. et ideo potestas et minoritas non conuertuntur. Et si conuerterentur/esse et non esse essent conuertibilia: quod est impossibile.

De sapientia deducta per principia.



Sapientia est bona per bonitatem/et bonitas per sapientiam est scibilis. Et si conuertuntur in subiecto in quo sunt: sunt ei rationes bene agendi et bene intelligendi: et aliter non possunt se habere. ¶ Sapientia per magnitudinem est magna: et magnitudo per sapientiam est scibilis. Et si conuertuntur/subiectum in quo sunt/consistit per infinitum et intelligere/et aliter non possunt se habere. ¶ Sapientia per durationem est durabilis: et duratio per sapientiam est scibilis: et si illa duratio est eternitas/scire et eterna re in subiecto in quo sunt/sunt de necessitate: et oppositum eorum est impossibile. ¶ Sapientia est potens per potestatem/et potestas scibilis per sapientiam: et si conuertuntur/ita est de posse et de intelligere et in ipsis magis et minus est impossibile. ¶ Sapientia est amabilis per voluntatem. et voluntas est sapiens per sapientiam: et si conuertuntur/ita est in subiecto de amare et de intelligere. ¶ Sapientia est virtuosus per virtutem: et virtus scibilis per sapientiam. Et si non conuertuntur in subiecto in quo sunt/est ignorantia possibile et etiam vitium. ¶ Sapientia per veritatem est vera: et veritas per sapientiam est scibilis. Et si non conuertuntur/veritas est credibilis: et intelligere potest esse mendacium. ¶ Sapientia per gloriam est delectabilis. et gloria per sapientiam est scibilis: et quia non conuertuntur/scire potest esse cum passione: et delectatio cum ignorantia. ¶ Sapientia per differentiam est clara/ratio cuius habet intellectum/intelligibilem

De scibilis
tia deducit
ta per
cipia.

intelligere inter se distincta: sine autem
 distinctione esset confusa. Et differentia
 p sapientia e intelligibilis: qm sine differē
 tiatuo/differētiabili z differētiare/non
 esset intelligibilis. ¶ Sapiētia p cōcordā
 tiā hz i se res p cordātes. s. intellectuū/in
 telligibilez intelligere: qm p cordānt in vna
 essentia que e ex ipsis. Et concordant in
 existēdo plura/ eo qz vnu nō est aliud.
 Et ipsa. s. cōcordātia per sapientia e in
 telligibilis. ¶ Per cōtrarietate ignorā
 tia est inimica sapientie/ eo qz impedit
 ei intelligere: sed sapientia q cū concor
 dātia cōuertitur/ non timet cōtrarieta
 tē/ eo qz ei nō pōt intelligere impedire.
 ¶ Sapiētia p principiu e principiu intel
 ligēdi. Et principiu p sapientia est intel
 ligibile. Et si conuertunt in subiecto in
 quo sunt/ sunt de necessitate: z non pos
 sunt aliter se habere. ¶ Intelligere per
 natura mediū cōstitit in medio intelligē
 tis z intellecti. Et mediū est intelligibi
 le p sapientia: sapientia per finē est quiesci
 bilis: et finis per sapientia e scibilis. Et
 in subiecto in quo sunt si nō conuertun
 tur/ pōt esse intelligere sine dete z des
 sine intelligere. ¶ Sapiētia rōne maio
 ritatis pōt in se recipere maius intelli
 gere: sed qz cū maiortate non cōuertit/
 nō pōt infinite maiorare: s. finite vltra
 qd finitū nō pōt se extēdere. ¶ Sapiētia
 rōne equalitatis hz in se rōnes essentia
 les equales: videlicet innatū/intellecti
 uum/intelligibile z intelligere: et equa
 litas per sapientia est intelligibilis/ que
 intelligibilitas est deducta per extēsiū/
 equabile z equare obiectiue. ¶ Sapien
 tia siue intellectus cū minoritate nō cō
 uertitur: qm si cōuerteret/ semper habe
 ret min⁹ intelligere: z magis cōpeteret
 ei ignorare qm intelligere/ qd e impossibile.

De voluntate deducta per principia.

De volun
 tate dedu
 ctap prin
 cipia.



Voluntas per bonitates est
 bona. Et bonitas per volū
 tatē e amabilis: z si cōuerte
 rent/ subiectū in quo essent
 semp esset bñ agēs z amās
 z in cōtrariū nō posset se ha
 bere. ¶ Volūtas per magnitudinē e ma
 gna: z magnitudo per volūtatē e amabi
 lis: et id amabilitas volūtatē e magna:
 z amabilitas etiā magnitudinis est mā
 gna. Et si conuerterent/ essent amatiui
 tas z amabilitas i infinito de magnifi
 cabili/ magnificatiuo z magnificare: et
 amare. ¶ Volūtas p duratiōē est dura

bilis. Et duratio p volūtatē est amabi
 lis: z si duratio q e eternitas z volūtas
 cōuerterent/ de necessitate eternare et
 amare essent ab eterno z i eternū. ¶ Vo
 lūtas p potestātē pōt existere z agere.
 Et potestas per voluntatem est amabi
 lis. Et in subiecto in quo nō conuertun
 tur/ volūtas potest esse impotens: pote
 stas non dilecta. ¶ Volūtas per sapien
 tiam est scibilis: z sapientia per volūta
 tem est amabilis. Et si hoc est cum ma
 gnitudine et eternitate/ sequitur q in
 telligere z amare sunt de necessitate.
 ¶ Volūtas per virtutem est virtuosa/
 et virtus per voluntatem est amabilis
 sed si non conuertuntur/ virtus potest
 esse odibilis et voluntas vitiosa. ¶ Vo
 lūtas per veritatem est vera. Sed vbi
 voluntas et veritas non conuertuntur/
 veritas potest esse odibilis z voluntas
 falsa. ¶ Volūtas per gloriam est dele
 ctabilis: et sic gloria per voluntatem est
 amabilis: et sic voluntas per gloriā dē
 stat a pena: et gloria per voluntatez dē
 stat ab odio. ¶ Volūtas per differētiā
 continet in se distinctionem inter aman
 tem/ amabile z amare: z sunt in ipsa cla
 re z non confuse. Et differentia per vo
 luntatem est amabilis. ¶ Volūtas per
 concordantiam habet in se res concor
 dantes: videlicet amantem/ amabile et
 amare: z concordantia per voluntatem
 est amabilis. Et qz est amabilis cūz bo
 nitate/ magnitudine/ duratiōe / pote
 state zc. sunt in ipsa amabilia/ p cordāes/
 concordabile z concordare. ¶ Volūtas
 cum contrarietate odit vitium z pecca
 tum: et si voluntas et contrarietas con
 uerterentur/ nunq voluntas cum con
 cordātia posset diligere virtutes. ¶ Vo
 lūtas per principium est principiu dē
 ligēdi. Ratio hui⁹ est: quia omnia ama
 bilia sunt amabilia per rationem volū
 tatis. ¶ Vñ sequitur q principiu quo ad
 ratiōē volūtatē est amabile. z in isto
 passu apparet quō vnu ens causat aliqd
 ex se vt ab ipso aliquā vtilitatez accipe
 possit. ¶ Volūtas rōne mediū hz i se me
 diū: videlicet amare: z mediū rōne volū
 tatis est amabile. ¶ Volūtas rōne finis
 est pfecta dete cū videt se hēre in ipsa dete
 tē bonā/ magnā z duratē/ z potētē amā
 re/ sine q finis nō pōt sibi sufficere. ¶ Vo
 lūtas cum maiortate e in maiori actu
 amādi: vt maiore actū hēre possit/ maio
 ritas e amabilis. ¶ Volūtas quo ad ra
 tiōē equalitatis hz natura coequandē
 per amantem/ amabilem z amare. Et
 equalitas per voluntatem e amabilis.

Octava pars.

Voluntas cum minoritate est circa nihil
et cum nihilo est extra vacuitatem/ociosi-
tatem. et si voluntas et minoritas conuer-
terentur/non esse esset magis desidera-
bile quod esse/quod est impossibile.

De virtute deducta per prin- cipia.

De virtu-
te deducta
per prin-
cipia.



Virtus est bona per boni-
tatem: et bonitas est vir-
tuosa per virtutem. et sic
virtus mediante bonita-
te est ratio bono quod agat bo-
num/et per se quod agere sit
virtuosum. Virtus per magnitudinem
est magna: et magnitudo est virtuosa per
virtutem. quod non esset si non haberet
virtuificantem/virtuificabile et virtuifi-
care que essent de sua essentia et ideo est
ipsa. Virtus durat per durationem. et
si est idem numero cum duratione/sem-
per durat in sua essentia virtutem/virtuifi-
cabile et virtuificare. Virtus
est potens per potestatem: et sic potest
contra vitium et peccatum. sed non po-
test quando homo non vult agere de po-
testate. et ratio huius est/quia vitiosus
et ociosus est. Virtus est scibilis per sa-
pientiam: et sapientia habet scire virtuo-
sum per virtutem/supposito tamen quod
transseat actus voluntatis qui causat
amantem. Et in isto passu apparet quo-
modo una virtus est coadiuuata al-
terius. Virtus est amabilis per volunta-
tem: et voluntas est virtuosa per virtutem:
et sic conueniunt per amare et virtuifica-
re. Virtus est vera per veritatem et ve-
ritas virtuosa per virtutem. et si in sub-
iecto in quo sunt essentia: nunquam esset
in illo falsificare aut peccare. Virtus
est delectabilis per gloriam: et illa dele-
ctatio est per virtutem virtuosam. Et in
isto passu apparet quomodo virtuosus
in delectando appetit gloriam. Virtus
per differentiam est clara non confusa/
eo quia differentia ponit distinctionem
inter virtutem/virtuificabile et vir-
tuificare: et sunt idem per essentiam. et hoc potest
quod differentia habeat virtutem ad hoc fa-
ciendum. Virtus per concordantiam
habet in se res essentielles concordantes
ex quibus est una essentia. et virtus po-
nit quod concordantia sit virtuosa ad hoc
faciendum. Virtus est contra suum con-
trarium. scilicet vitium et peccatum: et est con-
tra ipsum cum bonitate/magnitudine

et c. Contrarietas est contra virtutem
cum privatione sui habitus et cum privatio-
ne habitus voluntatis/magnitudinis et c.
Virtus per prioritatem est primitiva/eo
quia quicquid est primitivum/est per prio-
ritatem primitivum: et quicquid est vir-
tuosum/per virtutem est virtuosum. et ideo prin-
cipium est virtuosum per virtutem. Virtus
per medium est mediabilis: et me-
dium per virtutem est virtuosum. Virtus
per finem est perfecta et in quiete. et
sic iusti cum virtute tendunt ad quietem.
Virtus per maiorem habet natu-
ram maiorem: et maiorem per virtutem
habet essentiam virtuosam. Virtus per
equalitatem habet naturam coequan-
di iustitiam cum providentia et c. Et sic
de intelligere et amare/que quandoque
equaliter sunt virtuosae. Virtus ratio-
ne minoritatis quandoque est minor/sicut
quandoque est maior. Et sic quando est mi-
nor/conuenit cum non esse/sicut quan-
do est maior conuenit cum esse.

De veritate deducta per prin- cipia.



Veritas per bonitatem est
bona: et bonitas per verita-
tem est vera. et si conuertun-
tur/sunt idem semper bo-
nus et verus. Sed quando
in aliquo subiecto non con-
uertuntur/aliquis optat habere bonum
falso modo/et non vere neque virtuose: et
in isto passu apparet quod in homine boni-
tas et veritas non conuertuntur. Veritas
est magna per magnitudinem: et
magna non esset nisi haberet verifican-
tem/verificabilem/verificare essentiali-
ter in se. Veritas per durationem du-
rat/eo quia durat in ipsa verificans/
verificabile et verificare. Similiter et qua-
ndoque moraliter agendo intra/cum hoc
quod est extra sicut in sensato humidum
radicale cum nutrimentali/veritas per
potestatem est potens: et si est idem cum
potestate nulla falsitas contra ipsam po-
testat. Veritas est scibilis per sapientiam.
Et sapientia optat veritatem ut vere se
habere possit ad scitum. Veritas est
amabilis per voluntatem ut voluntas
vere possit habere suum amatum. Veritas
per virtutem est virtuosa: et virtus
per veritatem est vera: et ideo partici-
pant per verificare contra falsificare et
peccare. Veritas per gloriam est dele-
ctabilis: et gloria per veritatem est vera.

De verita-
te deducta
per prin-
cipia.

Et sic iusti vere et gloriose tendunt ad gloriam sempiternam. Veritas per differentiam est clara et a confusione disparata. Et differentia ponit quod in veritate unus sit verificans/alius verificatus/et alius verificare/et veritas ponit hoc in vero. Veritas per concordantiam habet in se res coessentialis concordantes scilicet verificatum/verificabilem et verificare:que concordant in essentia: et concordant quod sint plura:et veritas ponit quod concordantia habeat vere quod habet. Veritas est contra falsitatem:et est contra ipsam cum suo verificatum/verificabile et verificare. et ideo est ab ipsa simpliciter disparata. Veritas per principium habet naturam principandi sicut principium per naturam veritatis habet naturam verificandi. et ideo veritas est principium:quia quicquid est verum sub ratione veritatis est verum. Veritas per medium habet verificare in medio verificantis et verificabilis:et veritas ponit hoc in vero. Veritas per finem est in quiete:et finis per veritatem est verus /et in subiecto in quo sunt idem/veritas nunquam est cum labore:neque finis in errore. Una veritas est maior altera:et una maiore verior est alia. et hoc est quia non conuertuntur. Veritas ratione equalitatis habet in se equaliter verificantem/verificabilem et verificaret equalitas per veritatem habet vere hoc quod habet. Una veritas est minor alia:et illa que minor est /participat cum non esse:eo quia minus habet de esse/et veritas ponit hoc in vero:et minoritas etiam hoc ponit in suo genere.

De gloria deducta per principia

De gloria deducta per principia;

Gloria per bonitatem est bona. Et sic ratione bonitatis quia hoc est bono ratio/operat bonum et per se:et quod illud agere sit gloriosum. Gloria per magnitudinem est magna:et magna non est sine principio gloriante/gloriabile/gloriare:et si sua magnitudo est infinita in suo gloriari/est infinita. Gloria per durationem durat:et si est eternitas/suum durare est per eternare in quo non potest esse innovatio. Gloria per potestatem est potens agendo et existendo:et si est idem cum potestate/impossibile est ipsam esse in defectu et ociositate. Gloria per sapientiam

est scibilis:et sapientia per gloriam est delectabilis. et sic conveniunt per delectare et scire. Gloria per voluntatem est amabilis et voluntas per gloriam delectabilis/et sic voluntas delectando appetit amari: et si in subiecto in quo sunt voluntas et gloria non sunt idem:voluntas quandoque hoc tristitia/eo quod non hoc amatum. Gloria per virtutem est virtuosus:et virtus per gloriam est gloriosa:et sic homo virtuosus delectando acquirit virtutes. Gloria per veritatem est vera:et veritas per gloriam est gloriosa:et sic homo verus in sua veritate et gloria est in delectatione et quiete. Gloria cum differentia est clara a confusione disparata. Quoniam differentia ponit quod unus sit gloriosus/alius gloriosus:et sic de gloriarum et gloria in hoc ponit per delectationem. Gloria per concordantiam hoc res concordantes in uno et in pluribus. s. gloriosum /gloriabile. et gloriari. Gloria cum gloriare distat a pena sui contrarium sine quo non posset perfecte distare. Gloria per principium hoc rationem principii. et in subiecto in quo sunt idem glorians et principians/de seipso principiant gloriosum et unitum similiter glorificant et principiant gloriari et principiare/spirando et amando:ut apparet in divinis. Gloria per medium est influxiva et refluxiva:et medium per gloriam est in delectatione et glorificatione. Gloria per finem est in quiete:et finis per gloriam in glorificatione. Et ideo glorians sine gloriato et gloriari non potest esse in quiete. Gloria quanto maior est:tanto magis in delectatione est:et maioritas quanto maior est:tanto magis imago delectationis est. Gloria sine equitate sibi essentiali non potest esse per se in quiete/et quia deficit in habendo equaliter gloriantem/gloriabile et gloriari. Gloria cum minoritate est circa penam et non esse:ergo cum maioritate distat a pena et non esse.

De differentia deducta per principia.

Differentia est bona per bonitatem:et bonitas est distincta per differentiam. Et ideo differentia et bonitas sunt rationes subiecto in quo sunt/ut bene et distate agat siue producat bonum distinctum. Differentia est magna per magnitudinem/eo quod causat distinctionem inter genus et genus inter genus:et species inter speciem:et individuum inter individuum:et individuum

De differentia deducta per principia.

f

Octava pars

duum iter individuum et sui actus. Et sic differentia est ita magna quod in se continet omnia: magnitudo vero per differentiam est distincta/ eo quia ponit eam in suo proprio numero siue genere: et in ipsa ponit distinctionem inter magnificatum/ magnificabile et magnificare quod de essentia sunt et natura magnitudinis. ¶ Differentia per durationem durat et duratio per differentiam habet in se res distinctas que sunt de sua essentia. s. durans/ durabile et durare. Et differentia per durationem durat: distinctio que cum eternitate conuertitur ab eterno in eternum durat distinguendo inter eternitatem/ eternabilem et eternare: et hoc significatum est per beatissimam trinitatem. ¶ Differentia est potentia innata absolute: et est potens per potentiam: eo quia causat in potestate distinctionem inter potentem/ positum et posse. Et potestas potest hoc cum differentia. ¶ Differentia est scibilis et per sapientiam. et sapientia per naturam differentie potest intelligere distinctionem inter intellectum/ intelligibile et intelligere/ ut sint intelligibilia: quoniam sine differentia non possent esse obiectabilia siue intelligibilia. ¶ Differentia per voluntatem est desiderabilis: ut voluntas possit in se habere naturam amandam: et existere clara ratio inter amantem/ amabilem et amare/ sine qua distinctione esset ratio confusa et impotens ad amandum. ¶ Differentia per veritatem est virtuosa: et virtus per differentiam habet in se res distinctas in quibus habet agentiam et existentiam: et virtus per differentiam est disparata a vicio. immo sine ipsa omnia essent idem numero. ¶ Differentia per veritatem est vera: et veritas per differentiam res veras ponit/ sicut verum est distinctionem esse inter verificantem/ verificabilem et verificare: inter intelligentem/ intelligibilem et intelligere. ¶ Differentia per gloriam est delectabilis: et gloria per differentiam potest habere delectationem per gloriante/ gloriabilem et gloriari: que sine distinctione in gloria non possent esse. ¶ Differentia per concordantiam habet in se res concordantes quas in se recipit distinguendo inter concordantes/ concordabilem et concordare. Et hoc facit differentia cum suo differentiativo/ differentibili et differentiare: et insimul differentia et concordantia in subiecto in quo sunt/ ponunt ipsum subiectum unum in commune: quod habet in se plures res concordantes et differentes/ ex quibus est co-

stitutum sicut una substantia/ unum habitus etc. ¶ Differentia et contrarietas innata differunt. Et hoc quod quandoque differentia concordat cum concordantia innata distinguendo/ concordando et generando. Et quandoque differentia cum contrarietate agit contra concordantiam distinguendo/ contrariando et concordando/ et hoc ut corruptio unius sit generatio alterius. et e converso. Et hoc simili modo fit in moralibus/ ut significabimus. ¶ Differentia per principium habet rationes prioritatis/ ut sit principium generale ad omnes differentias: et hoc cum suo proprio differentiativo/ differentibili/ et differentiare: sine quibus non posset esse in ista altitudine/ nec rationem principii habere. ¶ Differentia per medium habet naturam medij: et in se habet medium scilicet differre/ eum quo distinguit unum ab alio/ scilicet ipsum differre/ et ipsum existit inter differentiativum et differentibile. ¶ Differentia per finem est in quiete: et sua quies est distinguere inter unum et aliud ut habeat subiecta in quibus sit/ et agentiam habere possit. ¶ Differentia ratione maioritatis est maior in uno subiecto quam in alio. Quoniam in essentiis substantialibus maior est quam in accidentalibus. Unde differentia maiorem actionem habet distinguendo bonitatem substantialem a magnitudine accidentali/ et maiorem actionem habet in distinguendo in eadem essentia plures res constituentes ipsam essentiam/ quam in distinguendo essentiam ab essentia: ut significatum est in intellectu in quo differunt per differentiam/ intellectivum/ intelligibile et intelligere: que innate et equaliter sunt partes intellectus. Verumtamen inter essentiam et essentiam magis ponit se extensivum. ¶ Differentia per equalitatem habet in se res equales: sicut equalitas per differentiam habet in se res distinctas. Et ideo in subiecto in quo sunt/ se communicant per differre et coequare. ¶ Differentia per minoritatem est minor/ si per maioritatem est maior: et quia minoritas est parvum subiectum siue parvum quid/ differentia non potest intrare ipsam cum sua magnitudine: nec potest multum differre per ipsam: et secundum quod parvum intrat/ parvum distinguit.

De concordantia deducta per principia.

Deductio
concordantie
per principi-
a.



Concordantia est bona per bonitatem et bonitas est concordata per concordantiam: et sic in subiecto in quo sunt participant bonificatio et concordando. ¶ Concordantia per magnitudinem est magna: et magna non esset si careret concordantio/concordabili et concordare: que sunt de sua essentia: immo contrarietas esset magis magna que hoc impediret/immo concordantia est magis magna quam contrarietas: eo quod impedit ei quod non sit ei quod non sit principium substantiale: ut in arte maiori probatum est. ¶ Concordantia est durabilis per duratorem/durantibus in ipsa concordantio/concordabili et concordare: ex quibus est. ¶ Concordantia per potestatem potest existere et agere et potestas per concordantiam habet res concordantes: et ideo in quanto concordantia et potestas in subiecto in quo sunt/se coniungunt/in tanto a contrarietate se prolongant. ¶ Concordantia est scibilis per sapientiam siue intellectum: et quando intellectus ipsam obiectat intelligendo suam essentiam et sui essentiale concordantium/concordabile et concordare/magis ipsam obiectat et attingit quam obiectando ipsam per essentiam tantummodo et concordantia magis intellectui se coniungit concordando. ¶ Concordantia per voluntatem est amabilis: eo quod concordantia ponit involuntate actum suum: ut amans/amabile et amare/conueniant in identitate essentie. ¶ Concordantia concordat virtutem cum virtute in subiecto in quo sunt: et hoc facit in sua essentia et in essentia virtutis/quis extra non posset hoc facere: eo quia suus actus non haberet subiectum/in quo esset sustentatus. ¶ Concordantia per veritatem est vera: et veritas per concordantiam est concordata: et ideo in subiecto in quo sunt per concordare et verificare/distant a contrarietate et falsitate. ¶ Concordantia per gloriam est delectabilis et gloria per concordantiam concordabilis: et ideo una ratio appetit aliam. ¶ Concordantia non potest esse sine differentia: differentia vero potest esse sine ipsa/sed quod conuenit cum contrarietate. et in isto passu apparet quod differentia est principium magis generale quam concordantia. ¶ Concordantia et contrarietas sunt opposita: eo quia hoc quod concordantia construit/contrarietas destruit et e converso: sed concordantia est altius principium quam contrarietas: eo quia conuenit cum esse concordando: contrarietas vero cum non esse in contrariando. ¶ Concordantia per rationem

principii est generalis ad omnia concordabilia: eo quia principium ponit et concordantia habeat unum principium actiuum et aliud passiuum et aliud neutrale: cum quibus continet in se omnes concordantias inferiores contentas sub ipsa. ¶ Concordantia per medium est inflexibilis et reflexibilis. per concordantium/concordabile et e converso: et concordare est medium inter ista. ¶ Concordantia quiescit per concordare/concordantium et concordabile: extra que non posset quiescere/neque finis sine concordantia posset esse quies. ¶ Concordantia quandoque est maior/quandoque minor. Ratio huius est: quod in aliquo subiecto maiores res concordat quam in alio: sicut in homine magis quam in rosa et in rosa quam in lapide. ¶ Concordantia cum equalitate conuenit/ut habeat in se equaliter concordantium/concordabile et concordare/sibi coessentialia/sine quibus equalitas non posset esse subiectum/in quo finis concordantie quiescere posset. ¶ Aliqua concordantia est minor alia: et est minor/ eo quia cum magnitudine et maioriore minoritate intrare non potest. Et ideo concordantia cum minoritate est circa nihil: hoc est/ circa contrarietatem que sua est opposita.

De contrarietate deducta per principia.



Contrarietas quandoque est bona per bonitatem/ quandoque mala per malitiam. Per bonitatem: sicut homo qui cum virtute contradicit virtuti: et sicut contrarietas elementorum sine qua non esset generatio. Mala per malitiam: sicut homo iniustus qui cum vitio contradicit virtuti: et sicut infirmitas que est contra sanitatem et mors contra vitam. ¶ Contrarietas est magna per magnitudinem/ quoniam magna contrarietas est inter deum et peccatorem et inter aquam et ignem et inter bonum et malum et inter verum et falsum: et huiusmodi. ¶ Contrarietas durat per durationem non autem per seipsam: eo quod est accidens quod per se non est existens: sed durat per accidens cum sit habitus priuatius inclinans esse ad non esse et durat: quod entia sunt tria/ sicut iustus et iniustus/ visus et cecitas/ intelligere et ignorare/ calefacere et frigidificare/ leticia et tristitia: et sic de alijs. ¶ Contrarietas per potestatem potest existere et agere/ quoniam una contrarietas est innata

Deductio
contrarietas
per prin-
cipia.

Octava pars.

et alia moralis innata; sicut per caliditatem et frigiditatem. Moraliter sicut possibile est peccare; tamen contrarietas in peccando per se non habet contrariandi potestatem; sed est habitus acquisitus per hominem; cum quo homo peccat. Contrarietas est scibilis ratione sapientie obiective; non quod contrarietas causet scire; immo est contra scire per ignorantiam. Contrarietas vno modo est desiderabilis; alio modo non desiderabilis; sicut contrarietas elementorum; et contrarietas per quam virtus est contra vitium. Contrarietas non desiderabilis; sicut contrarietas per quam motus est contra vitam; et vitium contra virtutem. Contrarietas inter vitium et virtutem se ponit et comunicat; ut homo per ipsam sit contra vitium; aut homo si vitium per vitium sit contra virtutem; non quod ipsa cogat hominem ad agendum de ipsa; eo quod habet liberum arbitrium ad agendum cum ipsa; bene aut male. Aliqua contrarietas est vera; alia falsa. Vera sicut iusticia contra iniusticia; falsa sicut iniuria que vere est habitus contra habitum iusticie. Aliqua contrarietas est per delectationem; alia per tristitiam. Per delectationem; sicut homo qui in committendo vitium per virtutem gaudet. Per tristitiam; sicut qui habet dolorem de commissis. Contrarietas habet tres modos differentes ut in capitulo suo dictum est in prima parte prime distinctionis. Contrarietas cum suis modis est contra concordantiam; et e converso; ut in capitulo concordantie; et in capitulo contrarietatis; apparet in prima parte prime distinctionis. Contrarietas ratione principii naturaliter est innata; ut omnes contrarietates naturales contineat in se; tamen contrarietas moralis est habitus acquisitus per hominem; ut supra dictum est. Contrarietas est mediabilis; et hoc duobus modis; scilicet naturaliter et moraliter. Naturaliter sicut calefacere quod contradicit frigidificare; et e converso. Moraliter sicut bene agere; hoc est quod unus homo qui bene agit; et alius qui male agit; per contrarietatem quodammodo contrariantur. Contrarietas nunquam per se est in quiete; quod si esset; sua quies esset perfecta; et sic contrarietas cum perfectione conveniret cum non esse; et esse cum non esse; quod est impossibile. Contrarietatum una est maior; alia minor. Maior sicut vitium contra virtutem. Minor sicut calefacere contra frigidificare. Contrarietas vno modo convenit cum equalitate; alio modo non; sicut patet in quattuor elementis. Absoluite non convenit cum equali-

tate; sicut in virtute et peccato; que nullam convenientiam habet. Contrarietas semper convenit cum minoritate ratione sui generis. Ratio huius est; quod inclinatur esse ad non esse. Et ideo qui magis pugnat; pugnat per ipsam; est magis periclitatus; et in periculo et tribulatione positus; et a patientia prolongatus. Et a tali contrarietate; velit nos omnipotens deus liberare.

De principio per principia deducto.



Principium est bonum per bonitatem; et bonitas per rationem principii acquirit nomen principii. Quoniam quod est bonificabile vel bonificativum; est per rationem bonitatis. Et ideo principiare bonum; est bonum. Et bonitas est ratio; et principium bono quod agat bonum; Et si bonus non bonum agit; agit malum; eo quod est contra suam rationem; et contra rationem boni principii. Principium est magnum per magnitudinem. Quoniam quicquid est principiabile sue principiatum; est sub ratione principii. Et quod tot et tanta sunt magna principabilia et principiatum; ergo principium est magnum; tamen non est magnum; si non principiat magnum; postquam principiare potest magnum. Et si magnitudo et principium conuertuntur in subiecto in quo sunt; necesse est quod in ipso subiecto sint; in finem et principiare. Et in isto passu apparet quod de necessitate in esse dei est; perducere per in finem et principiare. Principium est durabile per durationem; et si duratio est eternitas; et principium est idem cum eternitate; necessarium est quod sint principium et eternitas in subiecto; in quo principium et eternitas sunt idem. Principium est potentia per potestatem; et si potestas et principium sunt idem; sequitur quod absolute et sine aliquo impedimento; principium potest tantum principiare; quanta est sua essentia; et quanta est essentia potestatis. Principium est scibile per sapientiam; et si sapientia est infinita et eterna; et est idem cum principio; cum ipso principio est scibile in finem; et eternare; et scire; et hoc de necessitate. Principium per voluntatem est amabile; et sic est idem cum magnitudine et eternitate; et cum voluntate in ipso principio est amabile; principiare; magnificare; eternare et amare; et aliter non potest se habere. Principium per virtutem; est virtuosum; et per princi-

Deducto
principii
principia

pium virtus est principialis: et si in subie-
cto in quo sunt principiare et virtifica-
re sunt impedita/principium et virtus non
sunt idem. ¶ Principium per veritatem
est verum: et si est idem cum veritate/et eter-
nitas cum veritate/necessarium est quod in
ipso principio sint principiare/verifica-
re et eternare. ¶ Per gloriam principium
est gloriabile et delectabile: et si conuer-
tetur cum gloria/gloriari et principiare
de necessitate conuertuntur. ¶ Principium
per differentiam est clarum et inconfu-
sum: et si principium est intellectus prin-
cipiare et intelligere conuertuntur: et dif-
ferentia ponit quod unus sit intelligens/alius
intelligibilis. unus principians/alius prin-
cipialis. Alioquin principium et intelle-
ctus non possent distare et confusione.
¶ Principium per concordantiam habet na-
turam concordandi/qua non posset habe-
re sine concordantia: et principiatum/
principiabile et principiare/qua essent de es-
sentia principij. ¶ Contrarietas est con-
tra principium/quando impedit ei actum
scilicet principiare: scilicet in subiecto in quo prin-
cipium est idem cum potestate: contrarie-
tas non potest impedire principio prin-
cipiare. Quoniam non habet cum quo habeat
posse/quo est de genere potestatis. ¶ Prin-
cipium per medium vadit ad finem/sine quo
medium ad finem non posset ire: et quando
medium impeditur/deficit potestas prin-
cipij et finis: et dolet appetitus/et sequitur
tristitia et labor: scilicet quando supervenit bonitas/
magnitudo/duratio/multiplicatur pote-
stas/et destruit impedimentum. ¶ Princi-
pium quiescit per finem/et non quiescere posset
per finem sine principiare: scilicet quando principians
in principiato quod est de sua essentia per
principiare/quo est accidens/credit quietem
invenire non potest: et in isto passu apparet
quod solus deus est principium et quies.
¶ Principium unum est maius/et aliud
minus. Maius quando est in actu de po-
tentia non deducto/in qua nullum prin-
cipium potest esse maius quam principium
in actu existens. Quoniam principium quod
est in potentia/est circa nihil/respectu
huius quod est in actu. ¶ Et in isto passu ap-
paret quod deus qui est maius principium
quam esse potest/habet actum in seipso: vi-
delicet principiantem/principiatum et prin-
cipiare: ut apparet in divinis. Nullum prin-
cipium sine natura equalitatis in se que-
scere potest. Ratio huius est: quia petit
in se equalitatem habere per principian-
tem/principiabilem et principiare: scilicet deus
quiescit in se: ergo etc. ¶ Deus est princi-
pium/et est principium summum et perfe-

ctum. unde sequitur quod hoc per quod deus ma-
gis distat a minoritate principij/ sit in
ipso: de necessitate ergo in deo est princi-
piare/principians et principiabile/ sive
principians. ergo etc.

De medio deducto per prin-
cipia.



Medium est bonum per boni-
tatem: quia principium non pos-
set venire ad finem sine me-
dio/nec finis posset esse quod
ergo bonitas per bonifica-
re quod est medium/est ratio
bono quod agat bonum. ¶ Medium per ma-
gnitudinem est magnum: et quia est magna
distantia inter principium et finem/ pot-
est medium esse magnum: tamen multum ma-
gnum non est/ nisi sit de essentia principij et
finis. ¶ Medium durat per durationem
et influentiam finis ex resistentia principij:
et si medium et duratio conuertuntur et
sunt/eternitas ab eterno durat/influen-
tia et resistentia/mediare et eternare.
¶ Medium per potestatem potest existe-
re et agere: et potestas ratione medij ha-
bet posse. ¶ Medium est scibile per sapien-
tiam/et non est scibile sine principio in fi-
ne. ¶ Medium est amabile per volunta-
tem/sine quo non posset habere amare/
nec amans amatum/nec principium in
fine quiesceret. Et si medium et volun-
tas conuertuntur/mediare et amare co-
uertuntur. Medium per virtutem est vir-
tuosum/et virtus per medium transit de
principio ad finem: et virtus consistit in
medio superius. Medium per veritatem
est verum: et veritas ratione medij habet
in se verificare/quod est medium suum.
¶ Medium sine gloria non posset habe-
re gloriam/nec glorians in gloria delectationem
habere. ¶ Medium per differ-
entiam est clarum et inconfusum: sicut in
essentia intellectus intelligere: eo quod
est intelligens et alius intelligibilis: et in-
telligere est actus eorum: sed si non esset
differentia inter intelligentem et intelli-
gibilem/medium esset confusum et non
clarum/sine concordia intelligentis et in-
telligibilis/intelligere non posset esse me-
dium: quia non haberet cum quo. ¶ Me-
dium quandoque est impeditum per con-
trarietatem: ratio huius est: quia deficit in-
fluentia finis et resistentia principij in sub-
iecto in quo sunt: eo quia subiectum est
imperfectum: sed quando perficitur/ con-
trarietas est a subiecto remota/et medium

Deductio
medij per
principia.

perficatur. ¶ Medium est de rōne principij sine quo non posset esse: et quando non est perfectū/non est de rōne finis. et quando perficitur/est de rōne finis. ¶ Medium in fine quiescit: quia per ipsius principij transit ad finem: et in transitu principij ad finem transit medium / eo quod sine medio transire non potest. Et in isto passu apparet per quē modū elementa et alia miscibilia intrant mixtum. ¶ Medium unum est maius/aliud minus. ¶ Dicitur sicut medium substantiale quod est de substantiali principio et fine/cum quibus est una substantia/una essentia/una natura. Minus quidem est medium accidentale: sicut currere/ comedere etc. que non sunt de essentia currentis et curribilis/ comedentis et comestibilis. ¶ Medium per equalitatem equaliter consistit inter principium et finem: et hoc perfecte quando est de essentia eorum et formaliter ab omni materia disparatū. Quoniam cum materia non posset esse in medio/eo quod forma plus dicitur materia secundum modum loquendi et propositionem/dicitur quod dicitur equaliter ab ipsis est causatus. ¶ Nullū medium existens inter materia et formam distat a minoritate. Rō huius est: quia materia dicitur minus/et forma maius: et ideo sequitur quod medium existens inter formatam et formatum disparatū/distat omnimode et simpliciter a minoritate.

De fine per principia deducto.

De fine per principia deducto.

Finis est bonus per bonitatem/ut quies sit bona/et bonitas quiescat: et sic bonitas quiescendo est ratio boni quod agit bonum: sed quando bonus non agit bonum/bonitas atque bonus non quiescit/eo quod bonus contra finem bonitatis existit otiosus. ¶ Finis per magnitudinem est magnus/ut essentia in ipso fine cum magnitudine quiescant. ¶ Finis vero non est multū magnus: si quiescens/quiescibilis et quiescere non sunt de sua essentia. ¶ Finis per durationem durat: et si convertitur cum duratione/per se quiescat. Et si appetit finem peregrinum cum quo quiescat/non est summus finis. ¶ Finis per potestatem potest existere et agere: potestas per finem quiescere: et si convertuntur/tantum potest quiescere per agere/sicut per existere. Sicut in deitate in qua tantum quiescit in agendo sicut in existendo/et sic de alijs. ¶ Finis per sapientiam est intelligibilis: et est in toto intelligibilis ipse per quiescere/sicut

per existere: et si non est summus finis/sed inferior habens appetitum ad superiorem. ¶ Et in isto passu apparet quod omnia entia creata appetunt summum finem aut debet appetere. ¶ Finis est amabilis per voluntatem: et quod est magnus/magnus est appetibilis. Et quod est bonus/bonus est appetibilis: et quod volūtas est magna/magnaliter debet ipsum amare et desiderare: et si non facit hoc de sua magnitudine/est otiosa: et iniuria facit finem: ratione cuius est in labore sine quiete. ¶ Finis est virtuosus per virtutem: et sic cum virtute est deus. ¶ Finis cum fortitudine est vere: et sic vere acquirit deum/et non vere labor et tristitia. ¶ Finis ultra gloriam non potest esse quies neque gloria extra finem est in delectatione. ¶ Finis cum differentia est ens inconsumum. Et hoc est quod habet naturam perfectam/perfectibilis et perficere/que sunt de sua essentia/sine quibus esset confusus: et etiam est finis alterius/ et non sibi ipse/quod est impossibile. ¶ Finis per concordantiam habet res concordantes: et concordantia per finem res quiescentes. ¶ Finis cum contrarietate non potest esse deus. Ratio huius est/quia finis et concordantia sunt amice: et contrarietas et concordantia inimice. ¶ Finis est illud in quo principium quiescit: et quando convertitur/finis cum principio est principians: et quod non convertuntur/possibile est quod principium in ipso non quiescat. ¶ Finis sine medio non potest esse subiectum principij ut in ipso quiescat: quoniam finis et principium sine medio sunt disparata. ¶ In fine maiori est maior quies: et maior quies est quam quiescens/quiescibilis et quiescere sunt idem per essentiam. ¶ Finis sine equalitate quiescentis/quiescibilis et quiescere non potest esse subiectum in quo concordantia quiescat: quoniam deficiente equalitate/deficit quies. ¶ Nullus finis cum minoritate est quies: quia minoritas est circa nihil: et nihil procurat laborem et tristitiam inquantum est habitus privationis perfectionis.

De maiori deducta per principia.

Maioritas bona est ratio boni quod agit maius bonum: et talis bonitas est substantialis/eo quod substantia maior est accidente. Et ideo quando magis bonum producit quo ad rationem bonitatis et maioriatis/ substantia vel maius bonum substantialiter producit/et

De maiori deducta per principia.

ipsum productū ponit in specie substantiā bonitatis et maioritatis. ¶ Maioritas est magna et aliqua magnitudo est maior: unde sequitur quod ipsa est substantia: quod si non esset maior: neque substantia posset esse magis magna quam accidens. ¶ Maioritas durat per durationem: et duratio maior est per substantiam: quod si non accidens duraret per se et non per substantiam: et magis per minoritatem posset esse maior quam per maiorem: quod est impossibile. ¶ Maioritas per potestatem potest existere et agere: et potestas per maiorem potest esse maior: unde sequitur quod maioritas et potestas possunt esse partes substantiales in supposito in quibus sunt. ¶ Maioritas est scibilis per sapientiam: et sic est obiectum substantiale. Et si non maioritas non est scibilis per se sed per accidens: quod est impossibile: maioritas est amabilis per voluntatem: ut voluntas per maiorem potest habere maius obiectum. ¶ Maioritas est imago immensitatis virtutis: unde sequitur quod aliqua maioritas sit subiecta: quod si non non posset esse imago immensitatis virtutis: eo quia accidens non posset ad hoc sufficere cum dicat minoritatem: et substantia maiorem. ¶ Maioritas est vera per veritatem: et veritas maior per veritatem: unde sequitur quod aliqua veritas est substantialis: quia si non iam non posset esse maior quam accidens: neque maioritas posset esse vera per veritatem substantialem. ¶ Maioritas est delectabilis per gloriam: et gloria per maiorem habet maiorem delectationem: ergo oportet dare de necessitate aliquam maiorem substantialem: ut sit maior gloria per substantiam quam per accidens. ¶ Maioritas est inconfusa per differentias quae distinguunt inter maiorem substantialem et accidentalem: sine quibus distinctio maioritas esset confusa. ¶ Maioritas sine concordantia non posset esse imago immensitatis virtutis: magnitudinis et quae concordantia ponit quod aliqua maioritas sit subiectum existens et agens. ¶ Maioritas vincit minores contrarietatem cum maiori concordantia: maioritas vero cum maiori contrarietate non posset vincere maiorem concordantiam. Ratio huius est: quia maioritas est de suo genere. ¶ Et isto passu apparet per quem modum peccant peccatores et habent culpam: eo quod virtutes sunt maiores positive et vitia minora positive. ¶ Maioritas per rationem principii est principium: et principii per maiorem habet rationem substantie: quod si non non

posset esse maius ad hoc quod principium sit tantum maius quod non potest plus oportet quod habeat in se partes coessentiales ex quibus sit: quia si non posset esse maius potentialiter et non actualiter: et maior maioritas posset esse in potentia quam in actu: quod est impossibile. ¶ Maioritas sine medio sibi coessentiali: scilicet maiorificare non posset esse in suo genere: neque medium sine maiorem posset esse ens substantiale. ¶ Maioritas causat maiorem quietem: unde sequitur quod aliquis finis sit substantialis ratione maioritatis simpliciter: quod deus non sit respectu minoritatis: sed respectu esse maioritatis. Ad huius est: ut deus sit separata a superbia et invidia et humilitate. ¶ Maioritas sine equalitate non posset esse imago immensitatis bonitatis/magnitudinis et cetera. eo quia non haberet cum quo haberet ergo res equales sibi coessentiales: scilicet maiorificans/majorificabile et maiorificari. ¶ Maioritas et minoritas opponitur in subiecto in quo sunt: respectu: si autem substantia et accidens: tamen non naturaliter: eo quia substantia et accidens conveniunt in constituendo unum terminum sicut corpus: et ideo maioritas per se convenit cum esse: et minoritas cum non esse. Tamen aliqua maioritas convenit cum non esse: eo quia causat peccatum siue corruptionem.

De equalitate per principia deducta.



Qualitas bona est ratio bono quod equaliter agat bonum. Et ista definitio est sors a quo oritur iusticia naturalis et moralis. ¶ Equalitas est magna per magnitudinem: et magnitudo ratione equalitatis habet res equales sibi coessentialis in se: equalitas vero non posset esse magna per magnitudinem sine natura coequativa per coequantem/coequabilem et coequare sibi coessentialis et naturales. ¶ Equalitas durat per durationem: eo quia duratius de durabili sufficit coequantem: eo quia facit durare coequabile et coequare. Et si equalitas et eternitas essent idem in inferioribus in eterno: et ab eterno/durarent in ipsis coequare/eternare sine corruptione unius et generatione alterius: quod est impossibile.

De equalitate per principia deducta.

Octava pars.

bile. Et sic patet qd mundus sit nouus/eo
quia in ipso equalitas et eternitas non con-
uertuntur. ¶ Equa. est potens per pote-
statem/potestas per equalitates habet
in se res coequales sibi et coessentiales.
Et sic in subiecto in quo sunt causant co-
equare et posse. Et si essent idem in infe-
rioribus/essent coequare et posse de ne-
cessitate in tanto qd euacuarent omnes
inequalitates de mundo: omnia essent
equalia/et eque potentie/qd est impossibi-
le: et in isto passu apparet quomodo vna
impossibilitas adducit aliam. ¶ Equa.
est scibilis per sapientiam/et qd sapientia
est magna per magnitudinem: et similiter
equalitas/sequitur ergo de necessitate
qd equalitas sit actu per coessentiales/
coequatē/coequabile et coequare. Et si
equalitas est idem qd intellectus/sequi-
tur qd in ipso sunt semper coequare in-
telligere. ¶ Equa. est amabilis per volū-
tatem: ratio huius est vt volūtas posset
eā habere per amantē/amabile et ama-
re. Et quia voluntas et equalitas sunt
magne per magnitudinem/potētes per
potestatem/quiescentes per fines/sunt
actu de necessitate. ¶ Equa. est virtuosa
per virtutē: et virtus per equalitatē ha-
bet in se res equales. Et id in isto passu
apparet qd virtutes sunt coequabiles: et
qd illa coequatio est virtuosa. ¶ Equa. p
veritatem est vera: quia non posset reci-
pere habitum veritatis sine sua natura
oportet qd imprimat in veritate suū ha-
bitum et suam naturam: vt veritas per ra-
tionem equalitatis habeat in se res co-
equales et coessentiales. ¶ Equa. p glo-
riam est delectabilis/et gloria per equi-
tatem coequabilis. et ideo in gloria glo-
riam delectatur in coequando sibi glo-
riam et gloriabile. ¶ Equa. per differen-
tiam est ratio inconfusa/offensua et cla-
ra. Ratio huius est: quia differentia po-
nit qd vnus sit coequus/alius coequabi-
lis/alius coequare: sed remota differē-
tia ab equalitate est equalitas euacua-
ta a claritate/et esset tenebris obumbra-
ta/repleta. ¶ Equa. per concordantiam
habet res concordantes: et concordantia
per equalitatem res coequantes. Et si
conuertuntur/semper sunt permanen-
tes per coequare et concordare. Et con-
trarietas et equalitas non possunt cum
ipso principiari. ¶ Equalitas et contrarie-
tas non sunt amice/eo quia equalitas et
concordantia sunt amice: et in isto passu
apparet qd iusticia oritur de equalitate
et concordantia et iniuria de contrarieta-
te et inequalitate. ¶ Equa. est principium
per rationem principij: et principium ra-

tionem equalitatis habet in se res equa-
les sibi coessentiales. Et si conuertitur
semper sunt permanentes per principia-
re et coequare. ¶ Equalitas per mediū
habet mediativam naturam et mediū
per equalitatem coequatim: et sic con-
ueniunt inter se per coequare et media-
re. ¶ Equa. est subiectum in quo finis
concordantie quiescit: et in ipsa quiete
est maioritas/vt quies non sit sine ma-
ioritate equalitatis disparata simplici-
ter a minoritate que non est de genere
quietis. ¶ Equa. per maioritatem est ma-
ior et equalitas quo ad suam essentiam et
naturam/requirat res equales sibi co-
essentiales vt omnimode sit disparata a
minoritate sua inimica. ¶ Et in isto pas-
su apparet quomodo maioritas extra
animā est ens reale et naturale. ¶ Equa.
et minoritas sunt inimice. Ratio huius est:
quia vbi est equalitas/non potest esse mi-
noritas: eo quia si esset/destrueret equi-
tatem. verū tamen in quibusdam aliis equali-
tas est minor alia cum minoritate/ha-
bet aliquam conuenientiam per quam
conuenit cum non esse.

De minoritate per principia deducta.



Minoritas per bonitatem non
est circa nihil/eo quia boni-
tas semper est circa aliquid
sed bonitas per minorita-
tem est circa nihil. et ideo quoniam
bonus non attingit bonū/
est ociosus: de bonitate bonitas est mi-
nor et circa nihil: sed hoc est per accidens.
¶ Minoritas non est de ratione magni-
tudinis respectu maioritatis que est suus
contrarium: tamen est magna in quantum
est substantia: et est substantia vt entia sub-
stantialia specialiter differant per ma-
ioritatem et minoritatem. ¶ Minoritas du-
rat per durationem in suo genere/quod
esset impossibile si esset de eternitate quod
non est de genere minoritatis. Et in isto
passu apparet qd mundus non est eter-
nus. Quia si sic/esset de genere eternita-
tis: que eternitas esset minor quod eterni-
tas dei: sicut bonitas mundi que est mi-
nor quod bonitas dei. ¶ Minoritas per po-
testatem potest esse hoc quod est: sed non
ultra hoc quod est. Et sic de sua agētia
¶ Minoritas ratione sapientie est scibi-
lis: et sapientia ratione minoritatis est
minor: minor dico/quando est in poten-

De mino-
ritate per
principia
deducta.

tia aut ociosa: eo quia esse in potentia z ociositas/ cum minoritate conueniunt. Actus vero z agentia cum maioritate.

¶ Minoritas per voluntatem est amabilis non vt voluntas dirigat minoritatem in se: sed vt diligat in aliquo obiecto minoritatem vt possit diligere maioritatem/ sicut in aqua in qua diligit caliditatez que causat minoritatem in aqua: vt hō per aquā sit calefact⁹ z balneat⁹.

¶ Minoritas per virtutem est virtuosa: quoniam virtus restaurat hoc qd subiectū minoritatis habet p parū cōstitū/ sicut granum sinapis habet magnā virtutem per gustū z acutā/ z multiplicat multa grana. ¶ Minoritas per veritatē est vera: rō huius ē: qz veritas vere ponit qd ipsa sit circa non esse: z minoritas minorando ponit qd vna veritas sit minor alia. ¶ Gloria per minoritatem est minor: et sic gloria per minoritatem nō est quies/ sed gloria ratiōe sue abundātie multiplicaret suā delectationem in subiecto in quo est minoritas/ nisi minoritas hoc impediret z impedit: quia i se magnā delectationē habere nō potest.

¶ Minoritas per differentiam est ratio inconfusa: sed secundum genus/ sua charitas parua est. ¶ Minoritas participat cum concordantia/ vt ex pluribus concordantibus sit constituta. Sed illa concordantia parua est/ eo quia minoritatem non potest intrare cum magnitudine.

¶ Minoritas cum contrarietate est contra maioritatem: et minoritas cum contrarietate contra minoritatem. Et i hoc passu apparet quomodo minoritas de facili potest vinci. ¶ Minoritas per principium est de ratione principij: et sic est principium sub quo sunt omnia agentia minora et parui valoris. ¶ Minoritas per medium est mediabilis: videlicet est medium equalitatis z maioritatis/ per quod tendunt ad non esse in quo non sunt/ quousqz transeant per ipsam minoritatem et suam naturā recipiāt/ z ad nihil eueniant. ¶ Minoritas quo ad se/ nunqz est in quiete. Ratio hui⁹ ē/ quia est circa non esse: sed maioritas de se: quia ipsa est circa esse: z de maioritate ipsam ancillam facit. ¶ Minoritas z maioritas non possunt esse idez: eo qz maioritas dicit esse/ minoritas non esse: sed bene conueniunt quo ad vnū finē/ sicut domina z ancilla. ¶ Minoritas et equalitas non possunt esse idem specie. Ratio huius est/ quia minoritas consistit inter equalitatem z non esse: et equalitas inter maioritatem z minoritatem.

Secunda pars octaue partis principalis i qua principia deducta sunt p regulas.



Licet principia discursiua sint in tertia figura p cameras: hic vero discursus erit continuus per regulas/ vt intellectus p rectam lineā de quo libet per regulas noticiam habeat.

Scda po octaue partis.

¶ Alterius in parte ista intēdimus p bare quodlibet principū esse generale: vt cognoscatur qd ars ista generalis per predicta principia pbata ē generalia/ et similiter ppter hoc/ vt volētes morde re artem istam non possint predictis principijs resistere.

Contra emulatores huius artis.

De bonitate p regulas deducta.



Vtrum bonitas sit principū generale? Et respōdē dū ē qd sic/ vt patet per regulā b. z per scalas secundae figure in q oia bona cōprehendunt. Que quidem scale sunt generales z bone per bonitatem: quā bonitatem nō possent habere deficiente bonitate generali.

¶ Per primā speciē regule c. queritur/ quid ē bonitas generalis? Et respōdendū ē qd est ens continet in se oēs bonitates spirituales in subiectis spiritualibus sustentatas.

¶ Per secundā speciē regule c. queritur/ quid hz bonitas in se sibi coessentialis? Et respōdendū est qd hz pcreta relata z sibi coessentialia ex quibus est/ z sine quibus esse non posset principū generale. hoc pbabile ē p primāz speciē regule c. z p secundā d.

¶ Per tertiā speciē c. queritur/ quid ē bonitas in alio? Ad qd respōdēdū ē qd ē habit⁹ in subiectū qd est habit⁹ de bonitate actiua siue passiua qd p actiua ē bene agēs/ p passiuā est bñ patiē. ¶ Per quā speciē querit/ quid hz in alio? Et respōdendū ē qd hz existentiā in subiecto sine q nō posset ē: z hz in ipso actionē z passionē ratiōe siue naturē in scda specie significare. ¶ Querit

De bonitate p regulas deducta.

Octava pars.

per primam speciem regule d. bonitas de qua est respondendum est quod est de seipsa: ut sit generalis et habeat per se naturam suam designatam in secunda specie regule c. et in prima et secunda d. et per secundam speciem bonitas tractata de quo est: et respondendum est quod est de seipsa: in quantum est substantia innata: ut per secundam speciem regule c. et per primam regulam e. significatum est: aliter enim per se non haberet existentiam naturalem: quod est impossibile. ¶ Amplius bonitas existens habet naturalis siue moralis est significatiua de bonitate substantiali: deducta et diffusa: sicut similitudo de simulato. ¶ Adhuc per tertiam speciem d. bonitas cuius est: et respondendum est quod est subiecti in quo est: sicut habitus habituarii: et quantitas quanti: et huiusmodi. ¶ Per primam speciem regule e. queritur: bonitas quare est: et respondendum est quod est per seipsam: ut per secundam speciem c. et per primam visus est. ¶ Ulterius per secundam speciem regule e. queritur bonitas quare est: Respondendum est quod bonitas est ut principia alia sint bona per ipsam: priuata enim bonitate: nullum quidem principium esset bonum: sicut priuata caliditate nullus ens esset calefactus. ¶ Per primam speciem regule f. queritur: bonitas quanta est: Et respondendum est quod est tanta quanta est habitus eius: in subiecto autem est pars eius. ¶ Per secundam speciem queritur: bonitas quanta est: Et respondendum est quod est tanta quanta sunt sua concreta correlatiua et sibi coessentialia ut iam probatum est in secunda specie regule c. ¶ Per primam speciem regule g. queritur: bonitas qualis est: Et respondendum est quod est propria passio subiecti substantialis siue accidentalis in quo est: et cum propria passione predicatum est deducti: sine quo subiectum esse non potest: sicut animal de homine. ¶ Adhuc per secundam speciem queritur: bonitas qualis est. Et dicendum est quod est talis qualis est habitus bonus in subiecto de ipso habituato: sicut dulcedo mellis que bona est: et iusticia iusti. ¶ Per omnes species regule h. queritur: bonitas quando est: et respondendum est quod est tunc temporis quando ipsum bonum est: tempore existente in motu bono et continuo successive: per scalam secunde figure: in hac quidem responsione sunt implicite omnes regule h. in tempore habituate. Sed applicationes dimittimus homini bene intuenti habituato de ista arte: et hoc facimus causa breuiloquii. Et in isto passu intellectus est valde oneratus. Verum quod magis est oneratum: tan-

tomagis altus et generalis est. ¶ Queritur per omnes species regule i. bonitas ubi est: et respondendum est: sicut prius de tempore dictum est: videlicet est in seipsa: ut per secundam speciem c. manifestum est. et per primam et secundam regulam d. e. et per principia prime figure que de bonitate habituate et situata sunt. ¶ Per primam regulam k. queritur: bonitas quomodo est: et respondendum est quod bonitas est pars subiecti in quo est: ut patet per scalam differentie: et per secundam speciem regule c. et per primam g. ¶ Ulterius per secundam speciem regule k. queritur: quomodo est bonitas in alio principio: et respondendum est per secundam speciem regule c. Et hoc patet in prima parte mixtionis principiorum. Et in prima scala tertie figure per camera b. c. et per camera b. k. ¶ Amplius queritur per tertiam speciem k. quomodo bonitas est in toto: et totum est in ipsa: Et est dicendum quod est in toto: sicut habitus in habituato: ut per scalam supradictam significatum est. ¶ Per quartam speciem k. queritur quomodo bonitas transmittit suam similitudinem extra: et respondendum est per modum quem habet in secundam speciem regule c. in qua bonitas in suo bonificabili generat bonitates peregrinas siue accidentales de ipsa habituatas: sicut dulcedo est in melle que bona est: et iusticia est in iusto. ¶ Queritur per omnes species regule k. bonitas cum quo est: ad quod respondendum est quod est cum seipsa et cum aliis principijs: ac etiam cum suis correlatiuis sine quibus esse non posset: ut patet in secunda specie regule c. cum quibus generat et imprimat bonitates peregrinas: et est cum prima et secunda specie regule d. Et similiter cum scala tertie figure determinata per b. c. et per b. k. in qua scala diffundit se: dando eis suas similitudines.

De magnitudine per regulas deducta.



trum magnitudo sit principium generale: et respondendum est quod sic: ut patet in scala tertie figure terminata per camera b. c. et c. d. usque ad camera c. k. Quoniam nisi magnitudo esset principium generale: et bonitas differentia: concordantia et non haberet de quo essent magnitudines: ut per regulam b. probatum est. ¶ Per primam speciem regule c. queritur: quid est magnitudo: Et respondendum est quod est illud principium cui proprie competit magni-

Deductio magnitudinis per regulas.

care/sive cū quo magnū causat magnificare. Et hoc per regulam b. visum est. ¶ Per secundā speciē queritur/magnitudo quid habet in se? et respondendum est q̄ in rebus corporalibus habet magnificantem/magnificatum et magnificare ei coessentialia/cū quibus causat extensitates substantiales in subiecto ex quibus causantur q̄tates/cū quibus mensurat seipsa et alia principia i subiecto corporali in quo est. In spūali vero magno/causat actus magnos: videlicet magnum intelligere/recolere et amare ex magnitudine spūali habituos/ipsa magnitudine existente in spūali principio. Et hoc idem est de magno spūali bonificare/durare/iudicare et. ut per regulam b. probatur. ¶ Adhuc per tertiam speciē magnitudo qd̄ est in alio? Et est dicendum q̄ est forma formā magnum formatum et magnū materiātum: ut per primā speciē d. significatū est. ¶ Amplius per quartā speciē queritur/magnitudo quid h̄z in alio? Respondendum est q̄ habet magnā actionem et passionem in subiecto magno in quo est/cum quibus est naturalis. Et hoc per primā regulā d. significatū est. ¶ Per primā speciē regule d. queritur/magnitudo de quo est? Respondendum est q̄ est de seipsa/ut sit primitiua in actu magnificandi: q̄ si non magnificaret/non haberet de quo esset: neq̄ p̄ cōsequens magnificatum quod esset/q̄b̄ ē impossibile: hoc autē patet per regulā b. ¶ Per secundā speciē queritur/magnitudo de quo est? Et respondendum est q̄ est de suis correlatiuis naturalibus in secundā specie c. significatis. ¶ Uterius per tertiam speciē queritur/cū? est? Et respondendum est q̄ est subiecti in quo est: quia subiectū cū ipsa agit in seipso naturaliter siue moraliter. Et hoc per regulam b. significatū est. ¶ Per primā speciē regule e. queritur/magnitudo quare est? Et respondendum ē p̄ secundā speciē regule c. eo q̄ est de magnificāte/magnificabili et magnificare/ratione cuius magnitudo habet naturā existendi hoc q̄b̄ est. ¶ Per secundā speciē queritur/magnitudo quare est? Et respondendum ē/ ad hoc ut alia principia per ipsa sint magna. Et hoc significatū est in figura: per omnes alias cameras in quib̄ c. ē. ¶ Per primā speciē regule f. queritur/magnitudo quāta est? Et respondendum est q̄ tāta est quāta sua essentia in subiecto cōtinua ē p̄ scalam tertie figure designata p̄ b. c. et c. d. vsq̄ ad camerā e. k. ¶ Per secundā speciē q̄-

ritur/magnitudo quāta est? Et respondendum ē q̄ est tāta quāta capere pot̄ de suis correlatiuis per secundā speciē c. significatis. Et sic de habitib̄ magnitudinis ab ipsa influxis in prima et secūda figura substantiatōis et assituatōis et numeratōis. ¶ Per primā speciē regule g. queritur/magnitudo qualis est? Et respondendum est q̄ talis est quālis ē per primā speciē regule c. et p̄ primā et secundā d. e. f. Et ad hoc testatur regula b. ¶ Adhuc per secundā speciē queritur/magnitudo quāta est? Et respondendum est q̄ est talis quālis sunt sui habitus diffusi et discursi in tertia figura per scalā b. c. et c. d. vsq̄ ad c. k. ¶ Per primā speciē h. queritur/magnitudo quāta est? Et respondendum est q̄ est tūc quando suū subiectū est in quo est substantiatā et cōiuncta. Et probabile est p̄ scalā tertie figure p̄ b. c. et c. d. vsq̄ ad c. k. constitutā: in quā scala sunt implicate oēs quindecim species regule h. cū magnitudo mota cōstitit in tēpore/et tēpus in ipsa: sed hoc explicare/esset valde plūm: s̄ spectat ad artistā scientē artem istā. ¶ Per oēs species regule i. queritur/magnitudo ubi est? Et respondendum est q̄ ipsa est cū oibus specieb̄ i. in cameris tertie figure designatis. Et p̄ artem applicabile ē ad p̄positū hōi intueti/scientis artem istā. ¶ Queritur p̄ species prime regule k. magnitudo quō? Et respondendum est q̄ est p̄ illū modū quē h̄z in regulā c. et d. et e. et f. g. h. et i. ut in scala tertie figure significatū est. ¶ Per secundā regulā k. queritur/p̄ oēs species cū quo est? Et respondendum est q̄ ipsa ē cū suis correlatiuis i secundā specie c. significatis. Et est cum prima et secūda specie regule d. e. f. g. h. i. et cū p̄ma modalis/sine quā ipsa nō pot̄ esse hoc q̄b̄ ē. ¶ Uterius est cū alijs principijs/sine quib̄ nō posset ēē hoc q̄b̄ ē: nec haberet naturā quā h̄z in seipsa et in alijs. Et hoc q̄b̄ dictū est p̄ seipsum est notum et etiā p̄ b. cōprobatum est. ¶ Dictū est de magnitudine p̄ regulas discursu/ratione cuius ostensum est per quē modum intellectus humanus h̄z subiectū valde generale ad attingendū multas et magnas operatiōes per magnitudinē causatas et deductas i subiectū in quo sunt. Et ideo cū ita sit/quid mirū si per istas artem generalē intellectus humanus ē valde generalis ad causandū scientias magnas et multas et faciliter inuentas?

De eternitate per regulas deducta.

De eterni-
tate p re-
gulas de-
ducta.



Queritur / utrū sit eternitas? Et respondet q sic: qz si nō mund⁹ seipsum picipisset / z nouū se fecisset / z esset anteq̄ esset: z sic sequerē cōtradictio q̄ est impossibilis. Et hoc p regulā b. pbatū est. ¶ Per primā speciem regule c. querit / quid est eternitas? Respondendū est q est ens qd cū sua infinita bonitate / magnitudine / potestate virtute conuertitur. Et hoc per primā speciem z secundā d. e. f. pbabile ē. ¶ Per secundā speciem queritur / eternitas qd hz in se: Et respondendū ē q hz sua correlative substantialia z primitiua: vt per primā speciem z secundā regle d. e. pbatū est. ¶ Per tertiā speciem querit / qd eternitas est in alio? Respondendū est q est ens ante tēpus existens: z hoc per suam diffinitionē supradictā. z per primā speciem regule d. pbabile est. ¶ Et per quartā speciem queritur / eternitas qd hz in alio? Et respondendū ē q hz potestātē annihilandi q̄quid ē / eo quia sua potestas infinita est. ¶ Per primā speciem regule d. queritur / eternitas de quo est? Et respondendū est q est de seipsa / eo q primitiua et singularis est: z hoc patet per regulā b. ¶ Et per secundā speciem queritur / eternitas de quo est? Et respondendū ē q ē de eternante / eternabili z eternare / sine quib⁹ non posset esse hoc qd ē: et sine ipsis vācua qd ē z ociosa esset: et etiā suū esse in nō ē posset cōtingere: et hoc per secundā speciem regule c. z p primā d. z e. manifestū est. ¶ Adhuc per tertiā speciem queritur / eternitas cui⁹ est? Et respondendū est q est nullius: qz ens infinitū sub alio quo alio existere minime pōt. ¶ Per primā speciem regule e. queritur / eternitas qre est? Et respondendū ē q est de infinitis primitiuis z substantialib⁹ / z sibi coessentialibus. s. de eternāte / eternabili z eternare / sine quib⁹ nō posset eē hoc qd ē: neqz per se existere posset: et hoc per oēs species regule c. z b. satis euidenter pbabile est. ¶ Per scōaz speciem querit / eternitas qre est? Respondendū ē vt: sua bonitas / magnitudo / potestas sint primitiua et ante oīa inchoatiua. Et hoc per regulā b. manifestū est: z per primā speciem d. similitur. ¶ Per primā speciem regule f. queritur / eternitas quāta est? et est respondendū q ē tāta quāta extra tēpus existere pōt / alioquin non eēt infinite primitiua atqz cōtinua z singularis sine tēpore. et hoc per regulā b. z per primā speciem c. pbabile est. ¶ Per secundā queritur / eternitas quāta est discrete? et respondē

dum ē q ē tāta quāta ostēsa est p secundā speciem regule c. d. e. ¶ Per primā speciem regule g. querit / eternitas qualis est? Ad qd dicendū est q est talis quales sunt sua diffinitio z significatio deducte per secundā speciem regule c. z per omnes species d. e. f. ¶ Per secundā speciem queritur / eternitas qualis est? Et est respondendū q est causa noui tēpous / lic extra tēpus z motum existēs z precedens / sicut est sua substantia extra quantitatē mundi intensa z extēsa. Et hoc p oēs species regle c. d. e. f. z etiā p regulā b. affirmabile ē. ¶ Per oēs species regule h. querit / eternitas qn est / siue qn fuit / z quando erit? Ad qd dicendū est per speciem regule c. d. k. videlicet q fuit anteq̄ tēpus fuisse: vt precederet ad tēpus quo ad suam durationē eternā: sicut sua magnitudo infinita pcedit quantitatem mundi finitā. ¶ Uterius eternitas est nunc in quo fuit ab eterno / z in quo nunc erit in eterno: et hoc sine motu z successio: z in tali nunc tēpus existere minime potest: nunq̄ etiā pōt eē de genere eternitatis. ¶ Uterius eternitas erit tūc qn tēpus nō erit in subiecto eterno. Ratio hui⁹ est / vt immobilitas eternitatis sic mensuret et comprehendat mobilitatem mundi: sicut in substantia dei immensa et infinita quantitatem mundi finitam: z ad hoc testantur omnes regule euz speciebus earum. ¶ Per regulam i. queritur / ubi est eternitas? et respondendū est per regulas c. d. k. et per alias regulas / videlicet q ipsa est ita extra celum cum sua immensa infinitate: sicut cum sua infinitate z immobilitate extra tēpus z motum: et sicut est cum sua bonitate infinita extra bonitatem finitam. Uerumtamen diuina eternitas est in mundo z in omnibus partibus eius / nō q sit collocata / eo quia infinita z induisibilis est: vt patet per secundā speciem regule c. d. et etiā per regulam b. probatum est. ¶ Per regulam de modalitate queritur / eternitas quomodo est? Et respondendū est q modus designatus est in secundā speciem regule c. d. e. sine quibus eternitas non haberet modū existēdi atqz agēdi i sua natura: hoc qd ē oēs regule asserūt. ¶ Per regulā de instrumentalitate queritur / eternitas cum quo est? Et respondendū est q est cum suis coessentialibus relatiuis in regula c. d. e. designatis. Et sic cum sua infinita singulari bonitate / magnitudine / potestate etc. sicut cum

sua singulari duratiōe. Ratio huius est/ cuz quicqd sit/sit cōprehensum p hoc q ipsa est. Nam ens infinitū simpliciter cōprehendit finitū. Et ad hoc oēs regule testant̄ et p̄sentunt. ¶ Dicit̄ est de eternitate discursu p reglas/rōne cui⁹ ipas artificialiter inuenim⁹ et cognoscim⁹ adiuuante sua gratia: ipsam quidē eternitatem deum vocāmus. Cui sit laus et honor in eternum.

De potestate per regulas deducta.

De potestate per regulas deducta.



Queritur utrū sit aliqua potestas infinita? Et respondēdū est q sic. et hoc p̄testatur est per capitulū de eternitate. Nam si non esset aliqua potestas infinita/iaz eternitas q̄ est infinita nō haberet cū q̄ posset esse infinita: et hoc p̄ regulā b. p̄batū est. Itē p̄ tertiā speciē regule d. nisi em̄ esset potestas infinita/sequerē q̄ potestas finiti impediret ipsas esse. vñ sequeretur q̄ potestas esset habit⁹ priuatiu⁹ subait⁹ habitui in finiti et positiuo qd̄ ē impossibile. ¶ Querit̄ p̄ primā speciē regule c. infinita potestas qd̄ est? Et respondēdū est q̄ ē ens cui pp̄rie cōpetit infinitū posse. Et istud per primā speciē regule d. visum est. Et etiā regula b. ad hoc testat̄. ¶ Per secundam speciē q̄rit̄/ potestas infinita quid hz in se? Et dicēdū est q̄ hz naturales et essentialis relatiōes cū qd̄ pōt eē b. qd̄ est. Et hoc p̄ regulā b. et p̄ scdaz et tertiā regulā d. e. demonstrabile est. ¶ Per tertiā speciē querit̄. Quid ē ptas i alio? Et dicēdū est q̄ est ens causans actiones et passiones in subiecto/rōne cui⁹ subiectū pōt habere actiōes et passiones: et hoc per regulā b. affirmabile est. ¶ Per quartā speciē querit̄ qd̄ habet potestas in alio? Et dicēdū est q̄ hz actiōes sicut causa in effectu hz passiones in subiecto in quo ē/ ipsa potestate existēte habituata de bonitate/ et magnitudine et c. Et hoc p̄ r̄tas b. visum est. ¶ Per primā speciē regule d. q̄rit̄ / ptas de quo ē? dicēdū ē q̄ est de seipsa/ eo qz principiu ḡnale est. Et hoc p̄ regulā b. p̄babile ē. ¶ Per secundam speciē q̄rit̄/ ptas de quo est? Dicēdū ē q̄ est de possibilitate/possificabili et possificare. Et hoc p̄ secundā speciē c. e. p̄babile ē. ¶ Adhuc per tertiā speciē q̄ritur/potestas cui⁹ est? Ad qd̄ respondēdū est q̄ est subiecti in quo est: qd̄ qdē cū sua potestate agit in patiente. et hoc per se pa-

DE primam speciem regule c. queritur / quid est angelus? Et respondendum est per istam primam speciem / quod angelus est illa creatura que magis similis est deo: eo quia est spiritus non coniunctus: et agit de inferioribus sine organo corporali et huiusmodi. ¶ Per secundam speciem queritur / quid habet angelus in se sibi coessentialē et naturale? Et respondendum est quod habet suas partes innatas ex quibus est constitutus: sicut sunt sua innata bonitas et magnitudo etc. excepta contrarietate que non est sibi qualitas innata: et quia habet suam bonitatem innatam cum natura bonificantis / bonificabilis et bonificare: et sic de magnitudine et alijs / habet suas innatas actiones et passionem: et cum suis accidentibus agit intus et extra / et in suis passionibus innatis recipit intra quod venit ab extra: sicut cum sua intelligibilitate recipit

De angelo per regulam c. deducto.

intelligibiles peregrinas. ¶ Per tertiam speciem queritur quid est angelus in alio? Et respondendum est quod est agens et patiens: agens sicut in inferioribus in quibus agit intelligendo et diligendo etc. Et sua potestas perficit hoc quod sua voluntas vult: et hoc quod suus intellectus intelligit: et de sua memoria recolat. Et hoc sine successione et fantasmate: adiuncte tamen diuina bonitate/magnitudine etc. Et per presentiam dei recipiendo ab ipso influentias causarum patiendo: et ista passio est sibi salus et perfectio: angelus vero malignus recipit ab extra passiones: quando non potest peccata impetrare. Et habet passiones: quia deus abest ei per gratiam: et euacuatus est a suo fine. ¶ Per quartam speciem queritur quid habet angelus in alio? Et respondendum est quod habet in inferioribus potestatem: eo quod agit sine tactu/sine visu/auditu et imaginatio: et ista potestatem habet per presentiam dei sic in qua est: sicut anima coniuncta que habet potestatem in potentibus inferioribus/eo quia cum ipsis coniuncta est. Habet adhuc angelos bonos gloriam in deo: et malus angelus penam: sed hoc esset longum enumerare.

De angelo per d. deducto.

D Er primam speciem regule d. queritur de quo angelus est? Et respondendum est quod est de seipso: quia non est derivatus de aliquo alio. Ratio huius est: ut sua inata bonitas/magnitudo etc. sint ei principia in nata primitiua, et dissimilia et incorruptibilia: ut sua essentia possit esse permanens incorruptibilis: tamen dicimus quod a deo est creatus. ¶ Per secundam speciem queritur de quo est angelus? Et respondendum est quod est de suis principijs innatis: sicut de sua vera bonitate/magnitudine etc. et quia quodlibet inest ei tripliciter: sicut bonitas per bonificatum/bonificabile et bonificare: et magnitudo per magnificatum/magnificabile et magnificare etc. Et quia ista principia differunt essentialiter: angelus est compositus de sua bonitate/magnitudine etc. Et de omnibus suis tuis est in ipso constituta una forma in comuni cum qua est actiuus et de omnibus suis bilibus: videlicet bonificabili et magnificabili etc. est constituta una materia cum qua passiuus est: et de omnibus suis. s. bonificare/magnificare etc. est constitutus unus actus in comuni cum quo causat actus extrinsecos: et

de omnibus supradictis tribus sit sua substantia composita/ymita et substantialiter ab omni materia corpali dispensata. ¶ Per tertiam speciem queritur angelus cuius est? Et est respondendum quod est dei cum benedictione et gloria et glorificatione: sed angelus malus est dei cum contradictione/pena et dolore.

De angelo per regulam e. deducto.

R Er primam speciem regule e. queritur quare est angelus? Et respondendum est quod est ex suis principijs naturalibus constitutus: ut supra diximus in secunda specie regule d. quoniam suum principium cum alio componitur/oportet dari ens in eo de necessitate compositum. Sicut dicitur quod iuncta anima cum corpore/sequitur homo de necessitate. Et postea elementaria cum vegetativa/sequitur elementum vegetatiuum de necessitate. ¶ Per secundam speciem queritur quare est angelus? Et respondendum est respectu finis quod angelus est: ut deum intelligat/diligat et recolat et ei honorem faciat et impleat vniuersum: quia si non esset angelus in parte/esset vacuus vniuersum: ut superius probatum est.

De angelo per regulam f. deducto.

R Er regulam f. queritur. Angelus quantus est? Respondendum est quod est tantus quantum esse est sue essentie: quod esse habet quantitatem continuam in quantum est una substantia. Et habet quantitates discretas: eo quia ex pluribus principijs est compositus: et hoc sit verum/significatum est in secunda specie regule d. ubi queritur de quo angelus est. ¶ Per regulam g. queritur qualis est angelus? Respondendum est quod angelus est duobus modis/qualis videlicet per qualitates innatas et proprias. Et per qualitates appropriatas non sibi naturales. Vocamus autem propriam suam naturalem et substantialem bonitatem/magnitudinem etc. ex quibus est constitutus. Et vocamus appropriatas suam bonitatem/acquisitas/magnitudinem/iusticiam etc. Et in angelo malo vocamus appropriatas qualitates malitiam suam/inuidiam etc. ¶ Per regulam h.

De angelo per regulam f. deducto.

De angelo per d. deducto.

querit de tempore angeli. Et dicimus
 qd angelus est in tempore: eo qd est inceptus
 in tempore sine quo inceptus non fuisset.
 Ratio huius est: qd hoc qd est et non erat
 sine tempore non potest esse. Est adhuc an-
 gelus in tempore qd ad sua contrarieta-
 te: hoc est sine successione et sine motu: qd
 agit extra/agit deo nunc in alio: sicut
 quando agit in die dominico hoc qd age-
 bat in die sabbati. Et est in vno tempo-
 re qd est rome de die: et est in alio tempo-
 re qd est de nocte parisiis. Verumamen-
 qd recedit a roma et est parisiis/su-
 cessus non est cum motu/nec cum successione.
 Quonia sicut non indiget oculis ad vide-
 dum colorem: sic non indiget motu/nec
 successione in recessu: sed vult et est ubi
 vult. ¶ Per regulam i. queritur de loco
 angeli: Respondendum est qd angelus est
 in loco/eo quia in loco creatus est: sed non
 est in loco occupans locum: quia locus non
 potest esse occupatus sine linea/angulo
 et figura a quibus est omnis angelus se-
 paratus. Et est in loco/eo quia in vno
 loco est: et non in alio in quo non est: et est
 in illo in quo agit/in quo loco agere non
 potest sine presentia sua. Ratio huius est/
 eo quia cum sua essentia agit et non cum
 organo. ¶ Per primam speciem regule
 R. queritur/ quomodo angelus est et quo-
 modo agit: Et respondendum est qd an-
 gelus habet modum essendi per compo-
 sitionem suorum principiorum: vt figu-
 ratum est in secunda specie regule d. su-
 pradicta. Et habet modum agendi cum
 suis principijs cum quibus causat actus
 exteriores: sicut cum sua bonitate bonifi-
 catum/et cum sua potestate potestatem/
 et sic de alijs. ¶ Per secundam speciem
 regule R. queritur/angelus cum quo est
 et cum quo agit: Et respondendum est qd
 est cum suis principijs immatis et natura-
 libus aggregatis vt in secunda specie re-
 gule d. significatum est. Et agit cum ipsis
 videlicet cum intellectu intelligit/cum vo-
 luntate diligit/cum memoria recolit: et
 si bonus est/cum sua bonitate bonificat/
 et cum sua potestate potestatem. Et si malus
 est/malificat suum intelligere/recolere
 et amare: et sic de alijs: et hoc intrinsece et
 extrinsece agit cum suis principijs/i cau-
 sando extra cum actu qui est intra. Si-
 cut homo qui causat mente verba que
 profert ore.

De celo per principia de-
 ducto.



¶ In capitulo isto tractabim^{us}
 de celo cum principijs una-
 tis ex quibus est /cum qui-
 bus se habet ad principia
 inferiora effectiue/sicut effi-
 ciens ad suum effectum. ¶ Celum est bo-
 num per suam bonitatem immatam/et est
 magnum per suam magnitudinem na-
 turalem: et ideo sua bonitas et sua magni-
 tudo sunt ei rationes vt bene agat ma-
 gne et naturaliter in istis inferioribus mo-
 uendo se et alia. Et si dicatur qd quandoq;
 agit male/vt Saturnus qui est malus/
 Respondeo qd hoc est per accidens: qd in-
 feriora non recipiunt bene propter con-
 trarietates elementorum ratione qua-
 rum Saturnus causat quandoq; mon-
 struositates inferioribus per nimiam
 frigiditatem et siccitatem. ¶ Celum est
 magnum et durabile. magnum quo ad
 essentiam et agentiam: et est durabile/
 eo quia est incorruptibile et immateria-
 le: et non est aliquod ens excepto deo qd
 possit illud cogere/nec suum motum im-
 pedire. ¶ Celum est durabile per se/eo
 quia duratio est ei qualitas innata. ¶ Ce-
 lum est per se potens/eo quia sua pote-
 stas est qualitas sibi innata /et sicut sua
 duratio est magna et bona/sic sua pote-
 stas est bona et magna. Et in isto passu ap-
 paret qd celum potest seipsum mouere/
 vt sua bonitas/magnitudo et duratio non
 deficient potestati/nec potestas eis.
 ¶ Celum sicut habet voluntatem natu-
 ralem sibi coessentialem/sic habet instin-
 ctum naturalem sibi coessentialem cum
 quo gubernat suum ordinem/et suum mo-
 tum/et actus suorum principiorum/si-
 ne quo instinctu hoc non posset facere.
 Sicut leo qui cum Saturno habet vnum
 instinctum per calidum et siccum et frigi-
 dum: et per nocturnitatem/et masculini-
 tatem/et diurnitatem/maliciam/plu-
 bitatem/et dyabolitatem. Alium vero
 cum Jove per bonitatem/et stagitatem/
 et dyabolitatem/et sic de alijs. ¶ Celum
 habet instinctum vt supradictum est: et
 habet appetitum qd cum appetitu suo
 mouet se et inferiora vt habeat appeti-
 tum ad ipsum. Et habet vnum appeti-
 tum cum vno planeta/et alium cum alio/
 sicut supra per instinctum exemplifica-
 tum est. ¶ Celum habet appetitum: et
 habet virtutem. Et sicut suis appetitibus
 est sibi naturalis et coessentialis: sic sua
 virtus: et sicut est bonus suis appetitibus
 per suam bonitatem /magnus per suam
 magnitudinem: sic sua virtus. Et si-
 cut habet vnum appetitum cum leone/

De celo
 principia
 deducto.

alium cum uirgine/aliuz cum Saturno/
alium cum Ioue: sic de uirtute. ¶ Celū
est uirtuosum: ut dictum est: et est uerū
per se: quoniam sicut est uirtuosum per
uirtutem innatam: sic est uerum per ue-
ritatem innatam: per quā ueritatez po-
nit in uero appetibilia: et ad hoc concur-
runt instinctus/ potestas etc. ¶ Celū est
uerum: ut dictum est: et habet delectatio-
nem innatam: non dico ueritatem/ sen-
sitiuam/ imaginatiuā/ et etiam ratiocina-
tiuam/ sed motiuam: quoniam sicut plā-
ta in ueritando habet aliquam delecta-
tionem naturalem: sic celum mouendo
seipsum et inferiora. Et sicut delectatio
uirtutis non attingitur per sensum:
nec per imaginationem: sic de delectatio-
ne eius: sed solum intellectus hoc attingit.
¶ Celum habet delectationem: ut di-
ctum est: et sua delectatio est inconfusa
per differentiam que est sibi principium
innatum in quo agit et causat multas dif-
ferentias delectando. Ipsa uero differē-
tia est insensibilis/ eo quia est principium
generale. ¶ Celum est ex pluribus diffe-
rentiis/ sicut totum ex pluribus parti-
bus suis. Et concordantia est unum prin-
cipium sibi coessentialium cum quo causat
multas concordias: et sic est una substan-
tia habens in se plura per differentiam
et concordiam. ¶ Celum habet concordias:
ut dictum est: et hęc contrarietate pe-
grinam non sibi coessentialium: ut non sit
corruptibile. Sed est instrumentum quo
contradicit inferioribus: sicut per calidū
et frigidum/ siccum et humidum/ per diu-
rnatem et nocturnitatem/ et huiusmo-
di: cum quibus causat mensuras/ in-
firmas/ tonitrua/ infirmitates/ infortu-
nia et huiusmodi. Contrarietas non ē pri-
ncipium celi sibi coessentialium: sed concor-
dantia est suum principium ut dictum
est. Et sic celum magis agit in inferiori-
bus concordando quā contrariando/ ratio-
ne cuius sunt plures sanitates quā infir-
mitates: plura fortuna quā infortunia: et
frequentius oritur homo cum duobus o-
culis quā cum uno: et sic de alijs. ¶ Celū ha-
bet sua principia innata: ut dictum est:
cum quibus principiat inferiora effecti-
ue/ mediantibus entibus naturalibus
inferioribus: sicut sunt celi qualitates
et proprietates eorum. Et sicut de ele-
mentis: sicut de metallis/ et ueritatibus/ et
sensuatis. Et ad hoc concurrunt magnitu-
do celi que magnificat potestatem celi et
suum instinctum/ appetitum/ uirtutes/
et huiusmodi: unde sequitur influentia a
superioribus ad inferiora: et resurgentia

de inferioribus usque ad lunam: et hec con-
tinua: et ratio huius est: quia celū semp-
est in continuo motu. ¶ In celo est me-
dium sibi coessentialium cum quo causat me-
dia inferiora: sicut bonificare celeste cau-
sat bonificare eternum: et mouere cele-
ste causat mouere terrenū: et sic de alijs.
¶ Celum habet medium: ut supra dictū
est: per quod et cum quo sua principia trāseunt
ad fines: ut in ipso quiescant: que quies
est mouere seipsum et inferiora. Ratio hu-
ius est: quia ad hoc creatum est. ¶ Finis
celi est cum maiozitate: ut feruiat homi-
ni/ et homo deo: quoniam suus finis non
potest esse in altiori gradu: scilicet sub
istoz maiori fine est suus finis maior: scilicet
mouere etc. Sicut maior finis uirtutis
est sentire. ¶ Dictum est de maiozitate ce-
li: et sua maior equalitas est equalitas suoz
principiorum sibi coessentialium.
Equalitates celi participant cum mino-
ritate respectu anime: quia non habet in-
tellectum/ memoriam/ et uoluntatem/
neque meritum accipere potest.

De celo per regulas de- ducto.



Deretur/ utrum celū sit ab
eterno: Et respondendum
est quod non: ut signatum est
per regulam b. Sed ad
maiozem euentiam huius
scientie/ siue artis et doctri-
ne/ in isto capitulo intendimus explica-
re illud quod est quantum ad celum: et
per hoc quod dicemus de celo/ dabimus
doctrinam artiste per quas sciet agere.
et quia prolixitatem uolumus euitare/
applicabimus tantummodo b. ad alias
litteras positas in alphabeto huius ar-
tis usque ad R. et sicut applicabimus b.
ad alias litteras/ ita possunt alie littere
alijs ad inuicem applicari. ¶ Si celum
est ab eterno/ non est creatum de nihilo:
eo quia semper fuit/ neque est factum
de aliquo: eo quia ultra celum non est
dare materiam de qua possit fieri/ neque
infra: eo quia sua magnitudo omnia con-
tinet. Et sic diuina bonitas non est ra-
tio deo quod agat bonum celum/ neque
bonitatem celi: eo quia est eterna. Et sic de
magnitudine dei que non causat magni-
tudinem celi. ¶ Non sequitur quod mundus non est ef-
fectus quod ad suam bonitatem et magnitudinem

De celo p
reglas de
ducto.

Non pars.

Et ideo est differentia inter bonitatem dei et bonitatem celi/sive concordantiam: et sic de magnitudine que concordantiam requirit secundum iusticiam inter causam et effectum. Et ideo priuata concordantia/oritur contrarietas et iniuria/et causatur auaricia: et bonitas dei non est magis ratio ei quod agat bonum magnum effectum/postquam deus non consentit rationi sue bonitatis: et quod omnia ista sunt impossibilia/sequitur quod celum creatum est et nouum. ¶ **B. d.** Si celi est eternum: plures eternitates sunt: videlicet eternitas dei et eternitas celi: et cum eternitas celi implicatur infinite eternitates: sicut innata bonitas/duratio etc. et sic de suis stellis et revolutionibus. Et ita cito fuit iniuria et gula: sicut iusticia et malicia: et contrarietas/sicut bonitas et concordantia in hominibus: quia nunquam fuit primus homo/nec secundus/nec erit ultimus. Et sic deficit diuina bonitas: et non est ratio deo quod diuina bonitas precedat maliciam et eternitas dei eternitatem celi. Et sequitur etiam quod non sit alia vita: quoniam tota materia contenta per celum/non sufficeret ad resurrectionem hominum mortuorum/quod intendimus probare: et sic iusticia dei esset defectiua et impedita ad remunerandum iustos/et puniendum iniustos in eternum: et iniuria et malicia essent cause huiusmodi. Et fortitudo dei esset debilitata/et luxuria esset eterna: et quia omnia ista essent impossibilia/sequitur quod celum sit nouum et inceptum. ¶ **B. e.** Si celum est eternum per se/potest esse eternum: quoniam ens eternum nunquam fuit in potentia ad essendum: nec est in potentia ad non essendum: et sic potestas dei non esset causa potestatis celi/bonitas dei bonitatis celi. Etiam potestas dei non posset priuare potestatem celi/eo quia celus per se gubernat se: et sic superbia est eterna: et per consequens peccatum. ¶ Unde sequitur quod celum habet in se suum finem: et deus non est suus finis. Quoniam priuata causa/priuatur effectus. Et quod omnia sunt mala/iuriosa/et plena superbia: et contra regulam b. ostensum est quod sunt impossibilia: ergo de questione negatiua est tenenda. ¶ **B. f.** Si celum est eternum: tempus est eternum. Et sic eternitas dei non precedit tempus/quod est contra iusticiam/fidem: et acedia est eterna: et sequitur iniuria eterna: et hoc est scibile a diuina sapientia: et diuina bonitas est ratio deo quod agat bonum/mala predicta destruendo: et deus ad hoc non consentit: et

sic sua sapientia scit ipsum iniuriosum et pigrum et malum: et quoniam omnia impossibilia/ideo etc. ¶ **B. g.** Si celum est eternum: aut est una voluntas eterna generalis omnibus voluntatibus hominum/et qua omnes alie particulares materialiter generantur: aut deus creat voluntates particulares hominum. et sicut est una generalis/ipsa voluntas generalis est diuisibilis: et voluntates particulares sunt corruptibiles generales eternaliter. Et sic iniuria est facta istis voluntatibus particularibus que diligunt deum. Et iusticia dei non habet iudicium eternum in ipsis: nec in voluntatibus que odiunt deum et spem: et diligunt inuidiam. Et ista sunt impossibilia/et contra iusticiam dei/et bonitatem/supposito quod voluntates particulares non corrumpuntur: quoniam generalis voluntas ad hoc non posset sufficere tanquam materia: ergo est impossibile esse generalem voluntatem eternam. Et si voluntates a deo sunt create/et celum est eternum/creatio non habet finem in quo quiescat: quoniam nunquam fuit prima voluntas/nec secunda/nec ultima erit: et tale inconueniens quale posuimus in paragrapho b. d. ergo etc. ¶ **B. h.** Si celus est eternum/ab eterno fuerunt virtutes et vitia: et in quantitate vitia sunt maiora quam virtutes: et diuina bonitas et charitas sunt ratio deo quod virtutes sint maiores quam vitia: et deus ad hoc non consentit: sic est iniuriosus: et contra suam charitatem et iusticiam/quod est impossibile: et suum oppositum est necessarium. ¶ **B. i.** Si celi est eternum/sua eternitas est equalis duratione eternitati dei: et veritas est mediacum: et patientia in patientia sunt equaliter eterne: et quia omnia sunt contra bonitatem diuinam/iusticiam et veritatem/sequitur quod celum est nouum: et quod iustum est quod diuina bonitas et veritas sic precedant durationem celi per eternitatem earum: sicut precedunt bonitates et veritatem celi/que terminate sunt et finite/cum immensitate et infinitate eternum. ¶ **B. k.** Si celum est eternum/ab eterno fuerunt artes liberales et mechanice: et sic non fuit quies in hac vita: et pietas et inconstancia non sunt eterne: et per consequens martellus et forpices: et ista non est/ut sit alia/eo quia una eternitas non creat aliam: nec in alia quiescit: et est minoritas circa nihil: et nunquam transit ad nihil. Et quod omnia ista mala et iniuriosa sunt/et contra diuinam bonitatem et iusticiam: sequitur de necessitate quod celi

est nouum & creatum.

De celo p
regulaz c.
deducto.

De celo p regulā c. deducto.

D Er primā speciē regule c. queritur quid est celum? Et respondēdū q̄ est p̄mū mobile: & est corp⁹ habens maiorez magnitudinem, maiorez motū: & ultra ipsum non est mobile: & est corpus per se mouens/ eo q̄ nulla mobilitas est maior sua: & ideo motus ab ipso incipit / naturaliter loquēdo & ab ipso remanet: et ipse est fons a quo motus aliqui deriuatur/ sicut riuuli a fonte. ¶ Per secundā speciē queritur/ quid h̄z celum in seipso sibi coessentialē & naturale? Et respondēdū est q̄ h̄z suā motiuitatē/ mobilitatē & mouere: per quā motiuitatē h̄z formā: per mobilitatē h̄z materiā: & p̄ mouere actū cū quo creat actus extrinsecos. & h̄z suā inatā bōitatē/ magnitudinē &c. et etiam stellas/ planetas & signa/ et sic de alijs partibus suis coessentialibus. ¶ Per tertiam speciē queritur/ quid ē celum in alio? Et respondēdū ē q̄ celum est in elementis agens/ mouens/ & influens/ nullam passionem in illis habens: & hoc est ratione sue magne actiuitatis & motiuitatis: etiā in seipso non recipit augmentū/ neq; diminutionē. Et hoc miratur intellectus: cum celum sit ita magna motiuitate/ sine aliqua alteratione & mutatione subiecti. Sed forte fiat se considerādo potestatem diuinā & infinitam/ q̄ potest creare talē effectū ad placitum. ¶ Per quartam speciē queritur/ quid habet celum in alio? Et respondēdū est q̄ celum habet naturaliter dominium in elementis & elementatis cum quo causat mobilitates naturales in inferiores regiones/ quattuor tempora/ dies/ horas/ tonitruum/ fulgur/ ventū/ pluuiam/ nuē/ menstruositates/ infirmitates/ huiusmodi. Et hoc facit/ quia inferiores recipiunt/ suas mobilitates & influentias: cū quibus est efficiens. ¶ Per primā speciē regule d. queritur / de quo celū est? Respondēdū est q̄ est de seipso/ eo quia non est de aliqua materia sibi preiacente a qua sit deriuatus. Et quia est primitiue de seipso propter suā primitiuitatē/ est incorruptibile: & p̄ seipm in sua motiuitate est permanēs. ¶ Per secundam speciē queritur / celum de quo est? Et respondēdū est q̄ est de partibus suis sibi coessentialibus: sicut de sua innata bōitate/ magnitudine &c.

Et hoc significatum est per secundam speciē regule d. ¶ Per tertiam speciē queritur / celum cuius est? Respondēdū est q̄ est dei: sicut effectus est cause: et q̄ est possessus a deo/ causat in inferioribus effectus sicut deus vult. ¶ Per primam speciē regule e. queritur / quare est celum? Et respondēdū est q̄ celus est: quia est constitutus ex partibus suis coessentialibus sicut sunt sua innata bonitas/ magnitudo &c. excepta contrarietate/ que non est sibi coessentialis: quia si esset/ corruptibile esset. Est etiam quia in ipso sua materia & sua forma celestes in ipso sunt coniuncte/ cum quibus ē necessitatum: sicut homo/ quando anima & corpus in ipso coniunguntur. ¶ Per secundam speciē queritur quare est celus? Et respondēdū est ratione finis/ q̄ celū ē vt sit causato causans motiuitates inferiores/ cum quibus homo sit dispositus ad essendum & seruiendū deo. ¶ Per primam speciē regule f. queritur / de quantitate/ celi? Et respondēdū ē q̄ celum habet quantitatem continuam/ et discretam continuam circulariter: vt in ipso figuratum est/ discreta: sicut per octauam spheram que continua est: & sic de sphaera Saturni &c. ¶ Per regulā g. queritur / quale est celum? Et respondēdū est q̄ est quale per qualitates primas & appropriatas/ proprie sunt sicut sua innata bonitas/ magnitudo &c. suis motus & sue figure: sic de sua quantitate appropriate sunt: sicut caliditas & siccitas/ frigiditas & humiditas/ masculitas & femininitas/ & huiusmodi. Et dicit q̄ sue appropriate qualitates sunt in eo q̄ cum ipso agit in inferioribus: sicut sol q̄ dicitur calidus/ et siccus/ eo quia calefacit & desiccatur. ¶ Per regulā h. queritur / de tempore celi? et respondēdū est q̄ essentia octauæ spheræ est in illo/ nūc in quo causata fuit: sicut circulus qui sine successione existit quo ad suam essentiam. Sed ratione sui motus causat tempus in inferioribus: sicut in Saturno q̄ mouetur successive de vno nunc / in aliud nunc. Et est vnus dies de octaua sphaera vsq; ad spheram ignis: sed sphaera ignis vsq; ad terram/ sunt plures dies/ & plures noctes/ ratione presentie & absentie solis: ita q̄ sol est causa quare sunt plures dies/ & plures noctes/ & hore/ & cetera. ¶ Per regulā i. queritur de loco celi? Et respondēdū est q̄ octaua sphaera est in illo loco in quo creata fuit quo ad suam essentiam: & sic de Saturno &c. Sed ratione motus & plurium circulari-

tionum de octava sphaera vsq; ad sphaeram ignis/respectu rectitudinis/est in pluribus locis:sicut Saturnus qui in vno tempore est iunctus cum ariete: & in alio tempore cum tauro. Et sic de sole q; vno tempore est in vno loco: & in alio tempore in alio: & in vno loco causat dies artificialiter: & in alio causat noctes. ¶ Per primam speciem regule R. querit/quo est celum? Et respondendum est q; celum e modale per particulares modalitates que sunt de sua essentia/q; sunt sue partes innate:sicut bonitas/magnitudo &c. Et sic de suo habitu/situ & huiusmodi. ¶ Per secundam regulam R. queritur/ cu quo est celum? Respondendum est q; est cum suis partibus naturalibus cu quibus est compositum:sicut sunt sua bonitas/magnitudo &c. cum quibus causat circularitates/ & mobiles bonitates/magnitudines & cetera.

De quarto subiecto quod e de hoie per principia discusso.

De quarto subiecto quod est de hoie per principia discusso.

In homine sua bonitas est et ratio q; agit bonu specifi cu. homo quide id qd agit p suam speciem/agit naturaliter/sive moraliter. In homine bonitas spiritualis & corporalis coniungitur ratione sue anime & corporis. Et ideo ista duplicitate rationu habet natura siue ratione agendi bonum/obiectando/intelligendo/amado/atq; recolendo:corpalliter autem/sicut generado homine/ & sentiendo/ & imaginando:et ab ambobus exeunt bone operationes: vt apparet in artibus liberalibus & mechanicis. ¶ In hoie sua magnitudo e duplex/sicut sua bonitas. Et ideo quando homo agit bonu/cum magnitudine agit ipsum bonum. ¶ In homine est duratio: & ipsa est ratio sue bonitatis & magnitudinis: & sic de alijs q; durent:et hoc dupliciter/sicut superius dictu est:moraliter vero & ad placitum. ¶ In homine sua potestas est duplex/sicut de bonitate dictum est. Et est id cuius ratione potest existere & agere. Inde igitur patet q; potest existere & agere per suam speciem. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus p quem modum habet specificam libertatem ad agendum. ¶ In homine suus intellectus est specificatus cu quo specialiter intelligit:non q; suus intellectus descendit ab alio intellectu/generando ipsum:neq;

est idem cum cu alio intellectu essentialiter:alioquin esset genus:et etia post mortem hominis esset annihilatus siue corruptus: & in tempore/loco/quantitate/superficie & diuisione/successione/motione assituatus/figuratus/punctuatus et lineatus:quod est impossibile. Nam hec omnia sunt de natura corporeitatis siue corporis. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus q; male & false dixerunt illi qui cogitauerunt & affirmauerunt q; in omnibus hominibus non erat nisi vnus intellectus. ¶ Adhuc cognoscit intellectus noster p hoc quod dictum est/q; instinctus naturalis corporis humani coniungitur cu intellectu hominis: sicut de bonitate dictum est. ¶ Intellectus huiusmodi per que faciat speciem intelligibilem per sensitiuum & imaginatiuum in suo proprio intelligibili:de quibus speciebus intelligibilibus facit scientiam. ¶ In homine sua voluntas est potentia specifica ei cum q; agit speciales amabilitates:non quide ista voluntas descendet ab alia voluntate generali.nam aliter esset generabilis et corruptibilis sua essentia:sicut dictum e de intellectu: & esset destructa sua libertas/ex eo quia esset necessitata ad volendum per suu generale principium: sicut corpus qd habet appetitu necessitatum per hoc qd est superius.sicut qn appetit cibum/potum aut conu/saut calidum:quando sentit magnam frigiditatem:et sic de alijs. ¶ Adhuc si oes haberent vna voluntatem:omnes hoies se haberent ad iudicem ad idem obiectum/et etia mortuo homine/mortua esset anima rationalis. Et sic iam non esset alia vita:neq; iusticia & misericordia dei haberent subiectum in quo agerent:qd est impossibile & valde absurdum differentie. ¶ Amplius appetitus corporis & voluntatis coniunguntur:sicut de bonitate dictum est/ratione cuius voluntas facit species p sensitiuum & imaginatiuum volendo/sicut intellectus intelligendo: & sic de memoria que est pars anime potest dici suo modo. ¶ In homine virtus corporalis & spiritualis coniunguntur: et quia virtus spiritualis est superius: ideo format et perficit virtutem inferiorem. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per que modum morales virtutes oriuntur a virtute spiritali & corporali/sicut a forma et materia:de quibus virtutibus erimus locuti in nono subiecto. ¶ In hoie est veritas spiritualis & corporalis:et qz veritas spiritalis est superior:ideo perficit inferiorem. Unde cognoscit intellectus q;

sicut sensus nature sentit per visum et auditum / et sic de alijs: sic animare re re essentias attingit / intelligendo / amando et recolendo. Nam aliter inferi⁹ ageret plus cum sua virtute / quam superius cum sua: quod est absurdum rationi intellectus. Et in isto passu gaudet multum intellectus. ¶ In homine coniunguntur naturalis gloria / spiritualis et corporalis: id est coniunguntur naturales delectationes spiritualiter et corporaliter. Unde sequitur quod anima habet delectationem in agendo in corpore: et corpus sub ipsa in patiando: et homo cum istis predictis. ¶ Et corpus sub ipsa in patiando: et homo cum istis predictis. Et hic cognoscit intellectus per quem modum homo habet delectationem in moribus. ¶ In homine / differentie spirituales et corporales coniunguntur: ratione cuius intellectus per unum modum intelligit cum visum: et per alium cum auditum: et sic de alijs: similiter et corpus per unum modum patitur sub intellectu: et per alium sub voluntate: et per alium sub memoria: et sic per predicta cognoscit intellectus per quem modum facit ipsemet scientiam discurrendo / et voluntas animationem / et memoria memoratationem. ¶ In homine / anima et corpus conueniunt inter se / componendo ipsum / anima remanente in sua essentia / et corpore in sua similitudine: et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum anima et corpus conueniunt / obiectando idem obiectum corpus in videndo / audiendo / et huiusmodi: anima intelligendo / amando et recolendo. ¶ Corpus hominis est compositum ex quattuor elementis. Anima autem non est ex contrarijs: quia incorruptibilis est: et quia in homine coniunguntur anima et corpus: idcirco patitur homo contrarietates rectas et naturales ex parte corporis: ex parte vero anime obliquas et accidentales: et in isto passu cognoscit intellectus quod omne peccatum est per accidens. ¶ Quonia in homine / anima et corpus coniunguntur: idcirco homo est efficiens / mouendo formam in materia propter finem: videlicet mouet animam in corpore: et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum homo est principium efficiens / materiale / formale / et finale. et in homine coniunguntur anima et corpus in quo actu significat coniunctio / que est medijs influxu ab anima et corpore. Et istud medijs est conaturale / et substantiale / intelligere / velle / recolere / elementare / vegetare / sentire / imaginari: sine quibus homo non esset coniunctus substantialiter.

Et tãdiu uiuit homo / quãdiu ista materialis coniunctio durat in eo: quando autem dissoluitur / ilico moritur homo. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum anima et corpus coniunguntur: et mensurant suos actus secundum modum dispensando et proportionando anima in fluente suam virtutem: et corpore refluente sua / homine existente medio in tertius numerum deducto. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum in homine est humidum radicale et nutrimentale. Radicale est ex principijs primitiuis et punctis / et lineis cum quibus anima est coniuncta. Et humidum nutrimentale est suum instrumentum: sicut nauicula textoris in textura in qua inducuntur puncti linee per motum elementariue / vegetatiue / sensituiue / imaginatiue / influendo / et refluendo: et humidum radicale reuertit et seipsum augmentet de hoc quod venit extra: sic in unam speciem conuertendo per vegetatiuam. Sicut vegetatiua transsubstantiat cibum in carnem / ueros / et ossa / et potum in sanguinem / et cibum et potum transsubstantiat in medullas / et etiam in coleram / phlegma / et melancoliam / et cerebrum: et aqua oculorum / et in sputum / et etiam in sudorem transmutat. ¶ In homine coniunguntur finis spiritualis et finis corporalis naturaliter: ratione quorum homo se habet ad fines supradictos ad spiritualem finem cum anima / et ad corporalem cum corpore. Et ab anima quod dem et corpore oriuntur siue egreduntur fines morales / cum quibus anima et corpus inueniunt delectationes cum quibus quiescunt. ¶ In homine anima est maior imago substantialis. Sed corpus est minor imago quam imago anime. Iterum in corpore imaginatio est maior imago quam sensituiua / eo quia obiectat: et etiam magis mouet ipsam sensituiuam secundariet et sensituiua est maior imago quam vegetatiuam super ea inserta et fundata est. Et deinceps vegetatiua est maior quam elementariua / vegetatiua namque super elementariua fundatur. Et ideo in isto passu cognoscit intellectus quod sicut potentie substantialia sunt maiores et minores et similiter accidentales in homine: anima et corpus non sunt equales / anima enim habet principia superiora: sed corpus inferiora: verum tamen coniunguntur: anima quidem est tota in corpore: et e converso: ut homo equaliter sit coniunctus et compositus: Quoniam homo est ex nihilo deductus respectu creationis: ideo est in minoritate inductus /

Nonna pars.

eum qua se habet ad res minores. Et qz in ipso homine anima et corpus coniunguntur: idcirco homo mouet se cum anima ad minores mores et cum corpore ad minora naturalia cuius quibus componit moralitates. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum anima habet inclinationem ad peccatum quod intantum est prauum quod nullam essentiam habet: sed est habitus periuuans/ deuians suum subiectum a fine ad quem debet esse. Et in isto passu cognoscit intellectus quod est primum: et per quez modum augetur: et que sunt sua principia.

De homine per regulas deducto.

Deductio
hois p re-
gulas.



Er regulam b. querit: utrum homo sit magis cognoscibilis per affirmationem quam per negationem? et respondendum est quod sic: in predicari predicatum de subiecto affirmando est diffinire subiectum de quo predicatum predicatur/ existente natura inter subiectum et predicatum: ut cum dicitur/ homo est animal rationale. Quando autem predicatum predicatur de homine negatiue/ nulla quidem certitudo siue noticia de homine habetur: ut cum dicitur/ homo non est lapis/ homo non est planta. Affirmatio enim vera ponit ea que sunt in subiecto: negatio autem vera semper remouet a subiecto. Falsa quidem similiter habet modum remouendi a subiecto. Adhuc quonia affirmatio precedit ad negationem/ sicut antecedit ad suum consequens: quare patet quod magis est homo cognoscibilis per affirmationem quam per negationem. Hominem esse et ignorare quid est homo/ est negligere hominis esse. Et ideo ut sciamus quid est homo et de ipso magnam noticiam habeamus/ diffiniamus ipsum per xxx. diffinitiones largo modo sumptas/ cuius per vnaz diffinitionem stricto modo sumptam possit diffiniri. Sed hominem isto modo diffinimus: ut ipsum clarius cognoscamus in nostro intellectu. Et iste diffinitiones erunt abstracte a. xxviii. principis huius artis. et a. x. predicamentis/ predicando de substantia tale predicatum quod conueniat cum subiecto in natura. Et primo per primam speciem regule c. queritur: quid est homo? et respondendum est quod est anima. de quo predicantur plures bonitates differentes specie quam de aliquo alio animali. Homo est animal/ in quo vna eius pars est incorruptibilis. Homo est animal in quo sunt plures potestates quam in aliquo alio ani-

mali. Homo est animal quod cum suo organo species intelligibiles facit. Homo est animal quod vti virtutibus aut vitijs. Homo est animal quod vere vtitur artibus liberalibus et mechanicis. Homo est animal in quo sunt plures delectationes: quam in aliquo alio animali. Homo est animal in quo sunt plures differentie quam in alio. Homo est animal in quo sunt plures concordantie quam in alio. Homo est animal in quo sunt plures irarietates quam in alio. Homo est animal in quo natura plus vtitur principio quam in alio. Homo est animal cum quo omnia corporalia seruiunt deo. Homo est animal quod se habet ad maiorem finem quam aliquod aliud animal. Homo est animal habens maiorem speciem quam aliud animal. Homo est animal habens plures equalitates quam aliud animal. Homo est animal quod magis potest se minorificare quam aliud animal. Homo est substantia que est ex pluribus rebus composita quam alia. Homo est substantia in qua sunt plures quantitates differentes specie quam in alia. Homo est substantia subsistens qualitatum corporalibus et spiritualibus. Homo est substantia subsistens pluribus relationibus quam alia. Homo est substantia subsistens actionibus corporalibus et spiritualibus. Homo est substantia subsistens passionibus corporalibus et spiritualibus. Homo est substantia virtutum aut vitijs habituata. Homo est substantia existens in situ recto dum vadit aut sedet. Homo est substantia habens aliquem partem in se sine sine successione et tpe. Homo est substantia in qua anima et corpus collocantur ad inuicem. Homo est ens multiplicans humanam speciem. Per secundam speciem regule c. queritur: quid habet homo in se coessentialiter? et respondendum est quod homo habet substantiam et accidentem sine quibus esse non potest. Adhuc habet in se correlatiuos suorum principiorum/ et habet in se habitus quos acquisiuit accidentaliter. Per tertiam speciem queritur: quid est homo in alio? et dicendum est quod homo est in femina hominificans/ femina autem est in semine nutritiva immouens/ et multiplicans de his quod euenit ei ab extra per nutrimentum. Vidi quoddam ouem positum sub gallina/ et testa ipsius ouis deficiebat in vna parte ipsius/ ad quantitatem vnius denarii: et in medio pellicole intranee/ erat vna gutta sanguinis ad quantitatem vnius granis milii/ a qua gutta procedebant linee rubee et graces ad modum capillorum: et erant assituate ad modum tele aranea:

Ab imaginatione obiectant. Nam sicut durat in aiali rationali obiecta spiritua: sicut per memoriā extra imaginationem: sicut durat obiecta sensibilia p imaginationē extra sensuz in brutis. Et in isto passu cognoscit intellectus q sicut anima rationalis perficit potentias inferiores/sic imaginatiua in brutis perficit potentias inferiores. ¶ Imaginatio habet posse in sensitua: potentia quidem imaginationis descendit ad posse inferi^o / vt cum ipso possit agere in seipsa: sicut humidū radicale descendit ad humidū nutritiū: vt cū illo viuere possit. ¶ Imaginatio habet instinctū naturālē: vt patet in brutis/que quidem per imaginationem habēt industriam ad viuendū / et ad malū euadendū: sicut capra ad lupum. ¶ Imaginatio habet appetitum cui quo appetit imaginatū. Et in isto passu cognoscit intellect^o q imaginatio habet instrumentum / vt suū acūm exercere possit et obiectū attingere. ¶ Imaginatio habet virtutem cū qua attrahit species a sensibilib^o / ponēdo in suo imaginabili / in quo illas caracterizat et imaginatur illas. ¶ Veritas est instrumentū imaginationis: vt cū ipsa vere attingere possit obiectū / verū tamen quandoq; deficit: sicut agēs qui deficit in agibili / deficiente instrumento: aut qz nescit operari cū illo. ¶ Imaginatio causat delectationem aut tristitiam / in subiecto in quo est. ¶ Imaginatio habet differentiā / cū qua et per quā diuersimode agit in obiecto: sicut speculum qd per suā differentiam diuersas imaginationes recipit. ¶ Imaginatio cōcordat obiectū cū subiecto in quo est: sicut mater que imaginatur filium suū / gaudendo cū filiū imagine siue similitudine ipsius acquisita cū sua imaginatione. ¶ Imaginatio cū contrarietate tradit siue resistit subiecto in quo est / obiectando obiectū odibile siue inappetibile: sicut est mī imaginans filium suū mortuū cū tristitia. ¶ Imaginatio est principium efficiens / nihil extra se transmittens et de sensituis materiam faciens / abstrahendo ab ipsis species sensibiles cū sua forma: videlicet cum suo imaginatiuo qui est forma illius: vt ratione illi^o in obiecta quietere possit. ¶ Imaginatio est mediū in homine / existens inter potentiam sensitiuam et intellectiuam / vt intellectus in imaginatione possit acq̄ere species sensibiles et imaginabiles. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus q species quas acquirat de sensituis / q deinde ab ima-

ginatione illas haurit siue abstrahit / extra sensum / aut absq; sensu. ¶ Imaginatio hō nō est medium in bruto: s; est sua suprema extremas siue forma / cū qua sua vita est habituata atq; cōpleta: sicut est anima rationalis i corpore humano. ¶ Imaginatio habet naturam / cū qua deficit in suo fine / qui est obiectum imaginatum / alioquin suū imaginari nō eēt ei actus p̄p̄i^o. ¶ Imaginatio habet maioritatem: nā maior est sua bonitas substantialis q̄ accidentalis: et maior est su^o actus intrinsec^o q̄ extrinsec^o. ¶ Adhuc habet maioritatem in obiectando leonē respectu capre: et habet maioritatem in obiectando magnū hominē / aut maiorē illo aut maximū illorum. ¶ Imaginatio habet equalitatē in suis correlatiuis / p̄ secundā speciem regule c. designatis: nū enim essent equales per essentiam / iam equaliter nō se possent habere ad obiectum: quod est impossibile. ¶ Imaginatio ratione minoritatis est ad quā minoritatem tendit / quando obiectat minimum obiectum.

De imaginatione per regulas deducta.



Queritur utrum imaginatio sit de natura corporis? Et respondendū est q sic. Nam imaginatio nō pot obiectare obiectum denudatū a cōditionibus sensituis: videlicet a linea / figura / punctis et huiusmodi. ¶ Per primā speciem regule c. queritur: quid est imaginatio? et respondendū est / q sua diffinitio iam data est in principio illius subiecti: s; qz imaginatio est difficile obiectū intellectui: idcirco volumus diffinire eam per decē diffinitiones / atq; modo sumptas: vt a nostro intellectu dari^o cognoscāt / et erūt abstracte a. r. predicamentis. Et primo sic est dicendum. ¶ Imaginatio est pars substantie anime / cum qua ipsa substantia imaginatur. ¶ Imaginatio est potentia cū qua aial imaginat quale / cū qualitate: et quantū cum quāritate: et quō qualitas et q̄titas cōiungit / aial tūc ipis imaginat q̄tum quale adinuicem / sicut lignum longū et viride. ¶ Imaginatio est potentia cum qua animal imaginat quantū / cū quāritate. ¶ Imaginatio est potētia cū qua aial p correlatiōes imaginationis / attingit obiectū imaginatū / i imaginabili in-

Deductio
imaginationis per
regulas.

trifeco. ¶ Imaginatio est actiua p̄ imagi-
natiua existēte sub rōne forme moie ab
animali vt obiectum sit motum in ima-
ginabili intrinseco ipsius imaginatiōis.
¶ Imaginatio est passibilis in suo ima-
ginabili tāq̄ in materia/vt in ipso ima-
ginabili sit obiectū caracterizatu & ima-
ginatu. ¶ Imaginatio est habitus ani-
malis cum quo facit species imaginabi-
les. ¶ Imaginatio est potentia assitua-
ta in medio cuiusdam pellicule teste ca-
pitis animalis/in qua apparent imagi-
nationes obiectorum suo imaginatiuo/
sicut apparent imaginationes oculis in
speculo. ¶ Imaginatio est potētia in tē-
pore per subiectum in quo est /sine quo
non potest esse neq̄ obiecto vti. ¶ Imagi-
natio est potentia existens in loco ad
imaginandum obiectū in illo loco. ¶ Dif-
finiuimus imaginatiōem per decē pre-
dicamenta: & sicut diffiniuimus eaz per
illa/ita possunt diffiniri alie potētie cor-
poris per eadem suo modo. ¶ Per secū-
dam speciem regule c. queritur/imagina-
tio quid habet in se? Et respondendum
est q̄ ipsa habet suos correlatiuos sine
quibus non potest esse: videlicet imagi-
natiuū/imaginabile & imaginari. ¶ Per
terciam speciem queritur/ imaginatio/
quid est in alio? Ad quod est dicendum
quod in homine est dispositio cum q̄ in-
tellectus se disponit ad obiectandum in-
feriora: et sensus se disponit ad sentien-
dum cum ipsa imaginatione/ & in bruto
ipsa imaginatio est forma cōplēntū il-
lius. ¶ Per quartam speciem queritur/
quid habet in alio? Et respondendum ē
q̄ habet obiectum in subiecto in quo ē:
et habet inuentionem in sensatis: vt de
eis abstrahat species cuius suo lumine: vi-
delicet cum suo imaginatiuo: imaginati-
uius vero est inuestigatiuus specierū/
et etiam positiuus/ & clarificatiuus i suo
proprio imaginabili sibi coessentiali: si-
cut cristallus qui cū sua diaphanitate co-
lozat se de colore supra quem ponitur: &
etiam sicut speculum quod se habituat
de speculatis presentatis ei. ¶ Per p̄mā
speciem d. queritur/ imaginatio de quo
est? Et respondendum est q̄ est de seipsa
eo quia species specificata est. ¶ Per se-
cundam speciem queritur/ imaginatio
de quo est? Et respondendum est q̄ est de
sua materia & forma/vt cuius ipsa sit acti-
ua et passiva in subiecto in q̄ est. ¶ Per
terciam speciem queritur/ imaginatio
cui est subdita? Et est dicendum q̄ ho-
mini / et etiam anime ipsius hominis.
In bruto autem est subdita ei / sicut p̄

suo totū. ¶ Per primam speciem regule
c. queritur / imaginatio quare est? et est
respondendum q̄ est de suis partib⁹ cō-
stituta: videlicet imaginatiuo/ imagina-
bili et imaginari. ¶ Per secundam spe-
ciem queritur/ quare est? Et est dicēdū
vt animal possit obiectare suū obiectū/
imaginando in absentia sensus: et ipse
sensus cum ipsa imaginatione disponit
& proportionat se ad sentiendum sensibi-
lia/ existente presentia sensus: sicut car-
pentarius qui imaginatur figuram ar-
chevt ipsam deducat de potētia in actū.
Et sicut auis disponens se ad volandū
quando ei necesse est. ¶ Per primam spe-
ciem regule f. queritur/ imaginatio quanta
est? Et est respondendum q̄ est tanta quanta
est sua essentia extēsa i suis correlatiuis:
vel quātus est suus habitus subiecti in q̄
est: sicut cappa que est tanta/ quātus est
habitū cappati. ¶ Per secundam spe-
ciem queritur/ imaginatio quanta est? &
est dicendum q̄ est tanta quot sunt sua
correlatiua discreta. Sed hic miratur
intellectus que est causa quare imagi-
natio crescit aut decrescit suū actum:
sicut quando homo imaginatur vnum
paruum lapidem: & imaginatur eundē
ita magnum sicut montem: deinde refle-
cit se supra se/ considerando q̄ in bruto
imaginatio imaginatur obiectum/ illo
modo quo sensus sentit siue apprehen-
dit ipsum obiectum / & non aliter / sicut
capra que imaginatur lupū: si sicut sen-
sus suus sentit siue apprehendit illum:
non autem q̄ possit imaginari ipsū ita
magnum sicut montem: quia si sic posset
crescere suū imaginari / iam faceret
scientiam: quod est impossibile. Sed q̄
imaginatio est subdita intellectui: & in-
tellectus est altior potentia q̄ illa: ideo
intellectus vtiitur ea super sensu/ intan-
tum q̄ facit illam imaginari vnum lu-
pum ita magnum sicut vnum montem.
Et isto passu cognoscit intellectus q̄
modū geometria mensurat celum & alti-
tudines illius. Et etiam arithmetica p̄
quem modum numerat vnitates infin-
tas cum geometria/ diuidendo vnā par-
tem in duas/ et deinceps in infinitas par-
tes. Et etiam cognoscit per quem mo-
dum logicus vtiitur secundarijs inten-
tionibus adiunctis primis. ¶ Adhuc co-
gnoscit q̄ aliquid est in intellectu quod
nunq̄ fuit in sensu: lupus enim magn⁹
sicut mons / nunq̄ fuit in sensu. Et cū
intellectus hec omnia cognouerit/ de-
inde intelligit q̄ totaliter proculdubio
ipse est alia essentia remota ab alijs

Nonā pars

essentia corporea et ab ipsarum conditio-
nibus. Et de hoc plurimum gaudet
quia ipse intelligit se immortalē et incor-
ruptibilem. ¶ Per primā speciem regule
g. queritur / imaginatio cui est proprie-
tas? Et quid est propriū ipsi imaginatio-
ni. ¶ Ad primū est respondendū quod ima-
ginatio est proprietas animali cui est. ¶ Ad
secundū est dicendū quod propriū ipsi ima-
ginatiōis est obiectare similitudinē sen-
sus in absentia ipsius sensus: sed de hoc
miratur intellectus cū imaginatio non
habeat scilicet auditū / oculos et. quomō-
dō pōt attingere similitudines sensus quā-
recordatur a tractione adamantis attra-
hēntis ferrum per suā speciem: et reubarba-
rum attrahētē colerā similiter per suā:
sic animal attrahit species seu similitu-
dines per suā speciem mediāte imagina-
tione in absentia sensus. ¶ Per secundā
speciem querit / que est appropriata quali-
tas ipsius imaginatiōis? Et est dicendū
quod similitudo sensati abstracta ab ipso
et deducta in imaginationē: sicut est color
colorati / et quātitas quātificati / et sonus
cāpane / et frigiditas aque et. cum quib⁹
imaginatio obiectat obiectū imaginan-
do. ¶ Per omnes species regule h. que-
ritur / imaginatio quando est? Et est di-
cendū quod est in illo tēpore in quo animal
est: quia animal sit / ab ipso imaginatiōe esse
non potest: sicut ab ipso sensitiva esse non
potest. modum autem per quē imagina-
tio est discursibilis per species h. dimittimus
bene intuenti illas causa breuitatis.
¶ Per regulā i. querit / imaginatio
ubi imaginatur suū obiectū? Ad quod re-
spondendum est quod in sua essentia: videli-
cet in suo imaginabili intrinseco et sub-
stantiali / extra quod et sine quo nullū ima-
ginabile imaginari pōt: nam sicut calidus
non potest esse calidus nisi in caliditate:
sic obiectum imaginatum nō potest
esse imaginatū / nisi in predicto ima-
ginabili intrinseco et substantiali ipsi⁹
imaginationis / quod est vniuersale sub-
iectum ad omnia imaginabilia. ¶ De
discursu autem imaginationis deducite
per omnes species i. hic non tractam⁹:
sed dimittimus ipsum discursum bene
intuenti: sicut supradictum est in regula
h. ¶ Per primam regulam k. queritur /
imaginatio quomodo obiectat suū obie-
ctum. Sed intellectus prima fronte im-
peditus est ad respondendum / eo quia
ille modus non est sensibilis vsq; quo re-
cordatus est quattuor species regule k.
cum quibus intendit solutionem dicte
questionis. Nam in animali / sensitiva et

imaginatio sunt partes cōposite ad im-
uicem / habentes vnum organū composi-
tū / vna existente in alia: rōne cuius ima-
ginatio abstrahit a sensatis similitudinē
mediāte sensitiva cum quib⁹ obie-
ctat obiectum suū: sicut ignis mixt⁹ cum
aqua / attrahit similitudines ab illa cum
quibus calefacit carnes: vt apparet per
coitus quādo imaginatio imaginat⁹ mo-
dum per quem fit coitus. ¶ Per secundā
regulā k. queritur / imaginatio cum quo
imaginatur suū obiectū? Et respondens
dum est quod cum organo in quo est: videli-
cet cū illa pellicula intrinseca existente in
capite de qua superius locuti sumus: et
attingit obiectū cū cōplexione predictę
pellicule: videlicet cū melācolia. Quā pō-
ultima ipsius pellicule est coagulata ra-
tione frigiditatis que causat restrictio-
nem sicut plumbū quod claudit partes exi-
stentes retro in speculo: vt dyaphaneitas
non sit transparens in illā partem.
Predicta autem pellicula a parte ante /
videlicet versus frōtē / est porosa ratiōe
siccitatis que est proprietas terre: quod
quidē est abstracta et euacuatiua / in qua frō-
te homo cum intellectu inuenit species.
Animalia autem bruta cū instinctu / spe-
ciebus presentatis cū intellectu aut in-
stinctu ipsi faciei plibate pellicule. Qui
videlicet intellectus et instinctus sunt p-
sentationes specierū predictę faciei per
suā speciem: sicut adamans est attrahens
ferrum per suam speciem: et tunc ante
dicta pellicula colorat et pingit et induit
se de imaginibus per suam speciem: si-
cut facit speculum per suam. ¶ Adhuc
imaginatio attingit obiectum cum dispo-
sitione sensitiue: et etiam cum sua: et cum
proportione vtriusq; et cum appetitu et
obiectione: et cum inuentione specierum
et cum descensu ipsiusmet imaginationis
ad sensatum mediante sensitiva. Et
postmodum cum accessu recedēte a sen-
sato ad ipsam imaginationem median-
te sensitiva: et etiam cum nutrimento
specierum: et sic de alijs que possent di-
ci / cum quibus imaginatio attingit suū
obiectum. Et in isto passu cognoscit in-
tellectus quod sicut ipse est valde occupat⁹
et oneratus per suum obiectū: sic et ima-
ginatio per suum suo modo.

**De sexto subiecto quod
est de sensitiva per princi-
pia deducto.**

De sexto
subiecto
quod est de
sensitiva
per princi-
pia dedu-
cto.



Sensitivus est potentia cum qua animal sentit: et etiam est sensatum in quo animal sensitivus est sensus communis: et huiusmodi sensus particularis. Sensitivus est potentia bona/ eo quia causat cum sua bonitate bonum sentire: et quando additur magnitudo/ bonum et magnam sentire. Sensitivus est magna potentia/ eo quia causat magnam sentire: ut patet in coitu et tactu ferri calidi: aut in tactu aque bullientis. Sensitivus durat per durationem subiecti in quo est/ cum innata bonitate/ magnitudine etc. Sensitivus per sua potentia potest existere et agere. Et in isto passu cognoscit intellectus quod animal sentit per sua species: sicut adamas attrahit species per sua. Sensitivus huiusmodi instinctus innatus: ut patet in homine habente timorem de serpente quem videt: et similiter capra de lupo: et sicut catulus non videns qui huiusmodi instinctum et appetitum et tactum: et inuenit mamillam: et imaginatur illam. Et isto passu cognoscit intellectus que sunt principia disponenda imaginatione ad imaginandum. Sensitivus causat in animali appetitum ad sentiendum: ut mediante animali in quo est/ possit suum actum exercere. Sensitivus habet virtutem sentiendi: ut patet in suis particularibus. Nam sicut visus non potest videre sine aere illuminato: neque etiam potest videre/ nisi sit de virtute innata habituatus/ et in ipsa assituatus. Sensitivus vere sentit per veritatem: sicut manus tangens ferrum calidum/ vere sentit calidum. Et in isto passu cognoscit intellectus quod ipse vere intelligit obiectum suum. Nam aliter potentia sensitiva que est inferior quam intellectus per suum actum/ esset superior: et intellectus qui est potentia superior quam sensitiva/ esset inferior: quod est impossibile: de quo impossibile valde est gausus intellectus. Animal per sensitivam habet delectationem sentiendi: ut patet quando videt pulchram figuram: et quando audit pulchram cantilenam: et huiusmodi. Sensitivus per differentiam huiusmodi sensus particularis mediante organo cum quibus obiecta differunt: sicut color qui est obiectum visus/ et sonus/ auditus/ et huiusmodi: sed miratur intellectus utrum iudicium obiecti fiat per sensum commune aut particularis: donec recordat aquam fontis habentem multos rivulos/ que est in se una essentialiter/ et in suis rivulis: sed unum situm et unam figuram habet in uno rivulo/ et aliam et aliam in alio rivulo: similiter sensus

communis unum situm et unam figuram huiusmodi in uno organo/ et aliam et aliam in altero organo. In sensitiva consistit concordantia innata: cum qua potentia/ obiectum et actus ut plures concordant in uno: videlicet in sensitiva/ que est essentia eorum: quod patet per suos relativos per secundam speciem significatos. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum sensitivus sentit sensatum cum habitu peregrino ex quo sensitivus est habituatus: sicut per videre coloratum: et per odorare odoratum. In sensitiva est contrarietas per accidens: sicut in gustu amaritudo: et in tactu asperitas: et huiusmodi. Sed miratur intellectus quid causat contrarietatem in sensu/ ut quo recordatur sensitivam esse compositam ex quatuor elementis/ que quidem causant in elementato contrarias qualitates habitus/ situs/ actiones/ passionis: sicut quilibet planta est agens per suam speciem/ sicut pomum per dulcedinem/ et absinthium per amaritudinem. Itaque considerat intellectus quod infirmitas sensitiva causat monstruositates: sicut homo infirmus qui in cibo dulci inuenit amaritudinem per accidens. Sensitivus in principio assituatus est efficiens/ eo quod causat cibum per saporem et per coitum/ delectationem et dulcedinem: ipsa quidem sensitiva est forma in animali quidem/ que movet eam in materia: ut materia sit disposita ad recipiendum passiones/ ut sequatur finis: videlicet sensatum: sicut coloratum/ odoratum: et huiusmodi. Animal per sensitivam est sensatum: sicut coloratum est per colorem/ odoratum per odorem. Sensus communis est medius: sensus autem particularis sunt extremitates: sicut circumferentia centri est extremitas ipsius centri/ et situs assituatus/ et habitus habituatus. Et in isto passu cognoscit intellectus quod sensus communis est causa sensorum in quantum sensata sunt/ ipso sensu communi utente suis particularibus sensibus tanquam instrumentis: sicut pomum quod est sensatum per sensum commune utente gustu/ odoratu/ et visu/ et tactu/ et affatu: per quem nominatum est pomum: et auditu per quem est auditum. Itaque sensitiva est existens inter vegetativas et imaginativas: sicut linea inter duo puncta. Imaginativa quidem in sensitiva fundata est et sensitiva in vegetativas: ut imaginativa possit imaginari conditiones vegetative/ mediante sensitiva. Et hoc patet per diffinitionem medij/ et per eius scalam designatam in secunda figura. In sensitiva consistit finis innatus: ad quem se movet videlicet

Nonna pars.

ad sensatum est suo instinctu et appetitu et sic de alijs principijs innatis. Sicut homo qui cum pedibus suis et visu movet se ad locum in quo quiescere desiderat: et in isto passu cognoscit intellectus quod sensitiva cum suis principijs innatis agit.

¶ Una sensitiva est maior altera sensitiva: sed hoc est per accidens. Nam sicut aliquando aqua alicuius fontis est maior in frigiditate/sapore et sanitate/ratione maioris dispositionis qualitatis sui situs: sic una sensitiva est maior altera ratione maioris dispositionis qualitatis sui situs quo ad speciem subiecti in quo est: sicut aquila que habet maiorem sensitivam per visum/et aliud animal: et vultur per odoratum et aliud: et canis per auditum et aliud: homo autem per gustum tactum et aliud.

¶ In sensitiva consistit qualitas inter potentiam/obiectum et actum: et hoc intrinsece quo ad suos correlativos: videlicet ad sensitivum sensibile/sentire. Verumtamen non dico quod ad obiectum peregrinum: sicut sapor sensatus pomi/et sapor causatus a sentire.

¶ Una sensitiva minor est et altera sensitiva secundum subiectum in quo est. Nam avis non vivens de rapina/non sentit tantum per gustum/quantum avis vivens de rapina: et sic de alijs suo modo potest dici: ut in capitulo maiore significatum est.

De sensitiva per regulas deducta.

De sensitiva per regulas deducta.



Questio notabilis.

Queritur/vtrum sensitiva sit a generate vel a create? et respondendum est quod a generate: ut patet in hoc quod animal absque sensitiva non potest sentire conditiones corruptas que debet sentire et in imaginatione et non in se: eo quod non est inserta et fundata in vegetativa naturaliter.

¶ Adhuc martinus non esset filius iohannis secundum speciem: quod est impossibile.

¶ Sed miratur intellectus/homo quando movetur/sensitiva quo vadit et ubi est? Et est dicendum quod ipsa vadit ad sua principia universalia in quibus remanet et stat in suo numero miraculose: supposito tamen quod sit resurrectio hominum: ut iusticiae misericordia dei habeat subiectum in quibus agere possint.

¶ Queritur per primam speciem regule e. quod est sensitiva? Et huic respondendum est quod sua definitio iam data est superius.

¶ Per secundam speciem queritur/quid habet in se sensitiva? Respondendum est quod habet sua correlativa ex quibus sensus communis est constitutus.

¶ Per tertiam speciem queritur / quid

est in alio? Et dicendum est quod est ens causans entia sensata cum quibus sentit: sicut visus qui sensit coloratum in quantum ab eo visum est: et sicut olfactus qui sensit odoratum in quantum ab eo odoratum est.

¶ Per quartam speciem queritur/sensitiva quid habet in alio? Et est dicendum quod habet obiectum: sicut visus coloratum et figuratum: et olfactus odoratum: et habet noticiam de ipso obiecto: eo quia de illo facit iudicium.

¶ Per primam speciem regule d. queritur/sensitiva de quo est? Et respondendum est quod est de suis principijs: videlicet ex primis parentibus a quibus derivata et genita est: nam ymnus animal aliter non esset filius alterius: quod est impossibile.

¶ Per secundam speciem queritur/de quo est sensitiva? et respondendum est quod ipsa est de sua materia et forma: eo quia per suam materiam est passiva: et per suam formam est activa.

¶ Per tertiam speciem queritur sensitiva cuius est? Et respondendum est quod ipsa est animalis in quo est: sicut instrumentum est sui agentis utentis illo. Nam animal cum illa sentit/vivit et generat aliud animal.

¶ Per primam speciem regule e. queritur/sensitiva quare est? Et respondendum est quod ex sua materia et forma coniuncta et constituta est.

¶ Per secundam speciem queritur/sensitiva quare est? et respondendum est quod est ut suis instinctus et appetitus possint habere actus naturales: ut animal possit habere industriam ad vivendum. Alterius est/ut imaginativa possit habere species ab illa: et imaginari obiectatae sensatum: et habere actum suum.

¶ Per primam speciem regule f. queritur/sensitiva quanta est? Et respondendum est quod est tanta quantum suum subiectum ex ipsa est sensatum.

¶ Sed miratur intellectus per quem modum potest esse continua in subiecto in quo est: et in quo sunt pilae et ungues et ossa/que non sentiunt: visus quo recordatur suam distinctam discretam per secundam speciem significatam.

¶ Adhuc miratur intellectus cum sensitiva non sit punctualis/neque linealis/neque figurata habeat/per quem modum habeat distinctam: visus quo recordatur cristallum positum supra coloratum: et de illo se colorat: sic sensitiva a distinctate subiecti in quo est/est distincta et habitata. Nam quantitas punctualis et linealis multiplicat suam speciem in sensitiva: sicut coloratum in cristallo multiplicat suum colorem predicto cristallo.

¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum unus habitus est positus supra alium.

¶ Per primam

nam speciem regule g. queritur q̄ sunt appropriate qualitates sensitue? Et respondendum est q̄ est sensatum in ip̄tū est acquisitū ex alio: et est positū in ipsa sensitua/sicut lapis coloratus/q̄ per visum est sensatus/sicut pomū odoratum quod per olfactum est sensatum: et sic de alijs. Et in isto passu cognoscit intellectus q̄ sicut imaginatiua multiplicat suam: sicut sensitua suam. ¶ Per regulam b. queritur /per quem modum sensitua cōsistit in tempore et motu: cuz ipsa non sit punctualis neq̄ linealis? et respondendum est q̄ consistit per subiectum in quo est. Et hoc approbant regule b. c. d. R. vt apparet bene intuenti: et hec declaratio sufficiat causa breuitatis. ¶ Per regulā i. queritur / sensitua vbi sentit? Et respondendum est q̄ in sensibili intrinseco quod est de essentia sensitue. Nam extra tale sensibile nullū obiectum est sensatum: sed in isto passu miratur intellectus quomodo lapis est sensatus: et sic de alijs/cum non sit collocatus i essentia sensitue siue sensus /neq̄ etiam cū oculis participet per contactū/ quia: si sic/visus attingeret substantiam et auditus campanā: et adhuc brutū attingeret substantiā: et sic haberet scientiā: q̄d est impossibile. Sed recordatur rosam multiplicantem suum odorem in aere qui cum ipsa rosa participat per contactum. Similiter visus multiplicat suam speciem in aere qui participat cum visu et obiecto colorato et sensato: et hoc sufficiat quo ad species regule i. cā breuitatis. ¶ Per primā speciem regule R. querit / sensitua quomodo sentit: sed intellectus in prima fronte est impeditus ad respondendū predicte questionī/ eo quia ille modus non est sensibilis: et q̄ voluit declarare secundum sensum fuit impeditus: sed descendet ad imaginationē in qua modus ille est imaginabilis: et ad memoriā in qua regula R. est memorabilis: et tunc intellectus respondet prelibate q̄stioni: videlicet sensitua siue sensus h̄z modū sentiēdi p̄ mixtionē sui instinctus et appetitus et virtutis: et sic de alijs principijs cū quibus haurit et colligit similitudinē elementorū quib⁹ sentiat ipsa obiecta/sicut coloratū a quo haurit et colligit similitudinē eius in qua similitudinē sensus/videlicet visus ponit suā similitudinē. Et cū istis similitudinib⁹ substantiat coloratū. ¶ Per secundā regulā R. querit / sensitua siue sensus cū qua sentit? Et respondendū ē q̄ est cū sua specie/sicut adamas q̄ cū sua spe-

cie attrahit ferrū. Et etiā sentit cū suis instrumentis naturalib⁹: videlicet auditu/visu et c. Adhuc sentit cū speciebus acquisitis cū quibus sentit obiecta p̄grina: et etiā cū suo instinctu/et appetitu/virtute/posse et c. cum quibus mouet organa sua ad sentiendum.

De septimo subiecto videlicet de vegetatiua per principia deducto.



Vegetatiua ē bona: vt patet in plātis q̄ p̄ bonitatez sunt bone ad seipsas et q̄ ad alia que viuūt ex illis/ que q̄dē absq̄ illis viuere nō possēt: neq̄ tale esse quale habent/h̄z possent. ¶ Vegetatiua est magna: nā ambit et cōprehēdit omne vegetatiuū et plantatiuū ipsa vegetatiua: et hic querit intellect⁹ / vtrū vna et eadē sit vegetatiua que ē in animalib⁹ et illa que i plātis? Cui respondendū ē q̄ vna eadē est vegetatiua in genere: sed est plures differentes specie in diuersis subiectis rōne ipsorū nō autem rōne suimet. Nā qui diceret q̄ ratione suimet vegetatiua esset plures / diceret quidē q̄ vnum esset plura: et plura esset vnum: q̄d est impossibile: q̄re patet q̄ vna et eadē est in genere: plures aut differentes specie in diuersis subiectis. ¶ Vegetatiua durat per suam specificam durationē: sed querit intellect⁹ de quo durat ipsa: cū suū subiectū in quo est/ sit corruptibile: sed recordat elementatiua de q̄ durat: sicut flāma ignis i lāpade ex oleo. ¶ Vegetatiua est potēs p̄ suā specificā potētatiē in q̄ oēs potēstates vegetabiles plātariū et aialiū sunt plātate et radicate. ¶ Vegetatiua h̄z instinctū cuz quodlibet vegetatiuū se habet ad suam operationē/ specificando/habituādo se de suo specifico habitu/situ/q̄titate/qlitate et huiusmodi. ¶ Vegetatiua h̄z appetitū: videlicet vt hoc q̄d ē elementatum sit vegetatū: sicut visus q̄ h̄z appetitum ad hoc q̄d est coloratum et per ipsum sit sensatū: ipse quidem appetitus est generalis ad oēs appetit⁹ q̄ sunt in genere vegetatiue. ¶ Vegetatiua ē de virtute habitata/īstificata/qlificata/assituata/ et c. vt patet in plāta. Nā illud q̄d enenit ei per terrā/aquā/aerē/ignē/ in quo est plātata/transmutat per suam speciēz: et hoc idem facit per cibum et potum. Adhuc vegetatiua habet virtutē in plātis de qua medici habent experientiaz.

De septimo subiecto videlicet de vegetatiua per principia deducto.

Nonna pars.

¶ Vegetatiua ratioe veritatis vere ve-
gerat & veras conditiones h3. s. vera substā
tiā/qualitatē &c. sine quibus in veritate
sua nō esset plantata. ¶ Vegetatiua h3
delectationē in pseruādo sui esse/multi-
plicādo suā specie ut apparet in plantis
que generāt q̄tū possunt euitando non
esse. ¶ Vegetatiua ē radicata & plātata i
differentia: vt plures species sint de suo
genere: sed querit intellect⁹ q̄ est causa
q̄ viridis color est generalior in plantis
q̄ alius color: v̄ quo recordat̄ terrā &
aquā que cōponūt viridē colorē in quib⁹
maxime plāta est radicata & nutrita.
¶ Adhuc miratur intellect⁹: quare ficul-
nea nō generat superficiē durā fructus
sui/sicut facit nux: & quare rosa h3 colo-
rē rubcū & liliū album: sed recordat̄ ma-
gnitudinē ratione cuius differentia est
magna. ¶ Vegetatiua h3 concordātiām
ad hoc: vt sue species cōuentāt inter se i
aliquibus reb⁹: sicut cōcordant piper/et
alliū in caliditate/lactuca quidē & cucur-
bita in frigiditate: et multe res in eodē
colore/situ & huiusmodi: et hoc idē de
vegetatiua que est in animalib⁹/potest
dici suo modo: vegetatiua quidē semper
sequitur vegetando maiorem comple-
xiōnē subiecti in quo est. Contrarietas ē
subiecti in quo vegetatiua est plātata:
vt contrarietas sit cā corruptiōis: sicut
concordantia est causa generationis: s3
querit intellectus/que est causa quare
realgal interficit animal/triticū autē in
ipsum viuificat: et quare allū & cucurbi-
te contrariantur: sed recordatur magni-
tudinē in qua cōtrarietas vegetatiōis ē
plantata. ¶ Vegetatiua est principium/
in ipsa quidē vegetatiōis siue cōpositū trās-
mittit vnā specie in aliā & forma in ipsa
vegetatiua est aliud princip. s. in quo cō-
positum transmutat formā nouā in suā
antiquā & materiā nouā in materiā an-
tiquā: et hoc ppter finem: videlicet vege-
tatiū in quo species sit genitā & multipli-
cata. ¶ Vegetatiua est medium genera-
le existens inter elementatiuam & sensi-
tiuā: sicut linea inter duo puncta: vege-
tatiua quidē in ipsa elementatiua ē in-
serta & plantata: sensitua autē in ipsa
vegetatiua: et q̄ sensitua est finis: ideo
est supra vegetatiuā & influit ei: & vege-
tatiua refluit sensitine seipsam cum suis
principiis specificis: et idcirco q̄ ipsa ve-
getatiua est supra elementatiuā influit/
et elementatiua refluit vegetatiue.
et in isto passu cognoscit intellectus per
quem modum plante & animalia viuūt
& nutriuntur et crescunt per vegetati-

nam/et de vegetatiua & per elementa-
tiuam & de elementatiua: et iste quidē
passus est vtilis medico. Adhuc cogno-
scit intellectus q̄ arbor est medium et
subiectum siue instrumentum in quo et
cum quo vegetatiua habet suum actū:
et similiter sua principia habent actus
suos: sicut aqua intrans aliquod vas
per aliquod foramen illius: & exiens
illud idē vas per aliud foramen eius-
dem vas: & hoc per modū generatiōis/
& corruptiōis & priuationis. ¶ In ve-
getatiua finis habet suas species in se-
cunda figura/in angulo de fine designa-
tas. ¶ Finis priuationis est in vegetati-
ua causa corruptiōis: & sensitua & ele-
mentatiua sunt termini vegetatiue in
quibus ipsa vegetatiua terminatur. ¶ Fi-
nis perfectiōis est obiectū & subiectū
ipsius vegetatiue. ¶ In vegetatiua plā-
tarum vna planta est maior altera: simi-
liter vegetatiua aialū/vnū aial ē mai⁹
altero: nā vn⁹ leo est maior altero leone
vel alio aiali: sicut capra lepore & h̄m̄di.
Rō huius est: vt vegetatiua in maiorta-
te possit esse plātata. Et hoc quo ad ma-
iortatē decem predicamentorum & prin-
cipiorum huius artis. Sed miratur in-
tellectus que ē causa quare vna magna
arbor est in potentia in vno paruo gra-
no: sed recordatur scintillā ignis exun-
tē a lapide/hoie percutiēte ipsū lapidē
cū calibe: q̄ quidē scintilla magna flam-
ma est in potentia respectu materię que
nientis. ¶ Adhuc miratur intellect⁹ q̄re
maiores fructus in eadē arborē inueniū-
tur cum idē sunt specie: et similiter po-
test queri de folijs: sed recordat̄ questio-
nem prelibatam scintille: & inconueniēti-
apud eum soluta est talis questio. ¶ In
vegetatiua ē equalitas: vt multe plāte
possint esse equales per speciem: et simi-
liter multa alia: sicut iste leo & ille leo/ q̄
sunt equales per specie: et similiter pi-
per & allū sunt equaliter in gradu cali-
ditatis: & multa poma in eodē pomario/
que sunt equalia in odore/sapore/colo-
re & huiusmodi. Hoc autē esse non pos-
set: nisi vegetatiua i equalitate esset plā-
tata & radicata. ¶ De minoritate quidē
vegetatiue sic potest dici/sicut de ei⁹ ma-
iortate dictū est: nā relatiue se habēt.
vegetatiua vero reducibilis est per mi-
noritatem ad non esse/ eo quia est: & non
erat anteq̄ creata fuisset.

**De vegetatiua per regulas
deducta.**

De vege-
tatiua per
reglas de
duca.



Et regulam b. querit / vtrū
vegetatiua sit potentia sen-
sata. Et respondendū est q̄
sic / aliquo modo: videlicet se-
cūdm coniunctionem siue
compositionem quā habet vegetatiua
cum sensitua in subiecto in quo est. Et
alio modo per vocem sicut affatus qui
nominat eā: et per auditū qui audit no-
men suum. Alij hō sensus ipsaz sensare
nō possunt. Et in isto passu cognoscit in-
tellectus q̄ affatus est sensus postq̄ sen-
sat suum obiectum et dat auditui audibi-
le. ¶ Per primam speciem regule c. que-
ritur quid est vegetatiua? Et responde-
ndū est q̄ est potentia transmutas vnā
speciem in aliam: sicut in animalibus in
quibus transmutat cibum in carnem: et
in plantis elementatiuam in semetipsaz.
¶ Per secundā speciem queritur / vegeta-
tiua quid habet in se? Et respondendū
est q̄ habet suos correlatiuos ex quibus
est. Et cum quibus habet suas operatio-
nes videlicet cum vegetatiua / vegetabi-
li et vegetare. Nam in suo vegetabili ve-
getat omnia vegetabilia peregrina: si-
cut sensitua in suo sensibili sentiat om-
nia sensibilia peregrina adhuc / et sicut
calefactiuus in suo calefactibili calefa-
cit omnia calefactibilia. ¶ Per tertiam
speciem queritur / vegetatiua quid est i
alio? Et respondendū est q̄ est in sen-
situa fundamentum: in elementatiua
autem est fundata et in predicamento ē
idem quod est: videlicet est pars substā-
tialis ipsius substantie in qua est / q̄ti-
tate quidem vegetatiue existente supra
q̄titate elementatiue: et sic potest di-
ci de sua q̄titate et relatione etc. Et in
isto passu cognoscit intellectus q̄ vege-
tatiua est altior potentia q̄ elementati-
ua: sed dubitat intellectus / vtrum rela-
tio sua sit accidens vsq̄quo recordatur
suam relationē substātalem habentē et
relationē accidentāle existentē ei instru-
mentum / et habitum cū quo agit in subie-
cto in quo est: sicut substantia que cum
suo accidente agit. ¶ Per quartā speciem
queritur / vegetatiua quid habet i alio?
Et respondendū est q̄ in substantia ele-
mentatiue habet suam substantiam: et i
q̄titate elementatiue hz suam q̄tita-
tē: et sic de alijs predicamentis: et i isto pas-
su cognoscit intellectus per quē modum
vegetatiua in elementatiua ē assituata
et collocata. ¶ Per primam speciem re-
gule d. queritur vegetatiua de quo est?
Et respondendū est q̄ est de suis prin-
cipijs specificis cum quibus agit. ¶ Per

secundam speciem queritur / de quo ve-
getatiua est: et est dicendū q̄ est de suis
correlatiuis. ¶ Per tertiam speciem queri-
tur / vegetatiua cuius est: et responde-
ndū est q̄ est subiecti in quo est: sicut po-
te est sui totius / et instrumentum agē-
tis. Vegetatiua eī est par animalis cū-
ta. ¶ Per primam speciem regule e. que-
ritur / vegetatiua quare est: et responde-
ndū est q̄ ē: quia est ex suis partib⁹ con-
substantialibus constituta: videlicet de
suis correlatiuis. ¶ Per secundā speciem
queritur / vegetatiua quare est? Et re-
spondendū est: vt sit vegetatum et vt vi-
ua / nutriatur et crescat: et in generatio-
ne vnā speciem in aliam transmutet.
¶ Per primam speciem regule f. queri-
tur / vtrum vegetatiua habeat quantita-
tem continuam in subiecto in quo est: et
respondendū est q̄ sic: vt possit esse in cō-
tinuo motu. ¶ Per secundam speciem que-
ritur / vtrum vegetatiua habeat q̄titate di-
cretā: et respondendū est q̄ sic: vt possit
ēē in motu successiuo. Sed mirat intel-
lectus per quē modū pōt habere in subie-
cto q̄titate cōtinuā et discretā. quousq̄
recordat q̄ per respectū ad suā essentia
est in continua q̄titate: et per respectū
ad correlatiuos / habet q̄titate discretā.
¶ Per primā speciem regule g. queritur /
vegetatiua quā proprietatem hz pprietatē
et est dicendū q̄ illa qualitātē generalē
a qua descendūt qualitates particula-
res: sicut caliditas piperis / et alij etc. q̄ de-
scendūt a caliditate ḡnali: et sicut frigiditas
lactuce et cucurbitę q̄ descendunt a ge-
nerali frigiditate etc. de qua generali q̄-
litate elementali / proprietatē ppria ipsi⁹
vegetatiue est deriuata: sicut a generali
quantitate elementorū deriuatur quan-
titas vegetatiue / generalē quantitatē
siue proprietatē vegetatiue dicimus esse
transmutationē vnus substantie in alia.
¶ Per secundā speciem queritur / quid ē
qualitas appropriata vegetatiue: et est
respondendū q̄ vegetatio facta est in
vegetatis per motū celi effective: sicut
visio lapidis que ē per accidēs. ¶ Per
regulā h. querit / per quē modū vegeta-
tiua cōsistit in tempore? Sed hic impe-
ditus est intellectus ad respondendū
quousq̄ recordat elementatiua a qua ve-
getatiua influxa est / cum qua sic cōsistit
in tempore et in motu: sicut per ipsaz cō-
sistit in quantitate / qualitate etc. Ratio
huius est quare essentia elementatiua
est punctualis et linealis: essentia autē
vegetatiue nequāq̄: et hoc p̄ regulā 3.

Nonā pars

d. r. significatū est bene intueti. ¶ Per regulā i. queritur: vegetatiua vbi vegetat vegetatū: ad quod respondēt est: q̄ i suo vegetabili intrinseco et p̄ substantiali extra quod et sine quo vegetare nō pōt: sicut calefactiuū extra suū calefactibile/calefacere nō pōt. Locus quidez vegetatiue est cognoscibilis p̄ regulā. c. d. r. Ipa hō vegetatiua attingit substantiā/ eo quia participat cū ea p̄ contactū. ¶ Per p̄mā regulā r. querit: vegetatiua quō vegetat vegetatū: et est dicendū q̄ vegetat p̄ illū modū quē h̄ quo ad suos correlatiuos: vegetatiuus nāq̄ ponit in suo vegetabili intrinseco formā et materiā q̄ eueniūt ei de elementatiua. Et in ipso vegetabili mutat suā substantiā in aliā/ vegetatiuo expoliāte formā et materiā ab elementatiua/ veniente ab ea. Et ex illis induit vegetatiua ipsa vegetatū nouū. ¶ Sed ad istū modū cōcurrūt multi modi/ videlicet modus p̄portionis/ motus generatiōis/ corruptiōis/ priuatiōis/ et augmentatiōis/ et h̄mōi imponēdo partē in parte: et partes in toto/ et eōuerio/ et toto trāsmittēte suā similitudinē suo asimulato. ¶ Per scōdam speciē r. querit. cū quo vegetatiua vegetat: et respondētū est q̄ vegetat ipsum cum suis p̄p̄rijs correlatiuis. s. vegetatiuo/ vegetabili/ et vegetare/ qui sunt ei coessentialēs. Nāz vegetatiuus in suo vegetabili intrinseco/ vegetat omnia vegetabilia peregrina mediante vegetare. Adhuc vegetat cum principijs huius artis/ videlicet cū bonitate/ magnitudine. ¶ Et hec que de vegetatiua dicta sunt sufficiūt de ipsa multa sint dicenda: verūtamē quicquid de ipsa dici potest/ in predictis implicatum est.

De octauo subiecto: scilz de elementatiua per principia deducto.

De octauo subiecto: scilz de elementatiua p̄ principia deducto.



Elementatiua est potentia cum qua elementa intrant compositionē et existūt sub elementis. ¶ Elementatiua est potentia bona: nam sine ipsa corporalia essent ociosa/ et deniata a suo fine ad quem sunt: et mūdus nullā haberet perfectionē. Et ideo quātū est bona tantū est ratio bonoyt agat bonū. ¶ Elementatiua est magna potentia: et qz per suam magnitudinēz ambit multa/ et sua magnitudo multū magnificat suam bonitatem et durationē etc. ¶ Elementatiua

durat tanto q̄ corruptio vno elemento/ immediate et p̄tinus generat aliud/ nullis eius speciebus differentibus/ neq̄ eorū conditionibus: eo quia nullum elementū est corruptibile: quo ad suam essentiam. ¶ Elementatiua est potens p̄ suā speciē existentem s̄m id quod est/ et agendo s̄m id quod agit/ que quidē potestas ei in aliquo nō deficit. ¶ Elementatiua em̄ sic pōt elementare elementata: sicut vegetatiua vegetare vegetatā/ et sensitius sentire sensata: et imaginatiua imaginari imaginata. ¶ Elementatiua h̄z instinctū generalem/ a quo descendit instinctus specierū et ab illis instinctus et indiuiduati et elementati descendūt. Et de hoc experimētum habem⁹ in quattuor temporibus anni: videlicet in vere/ estate/ autūno et hyeme: in quibus elementatiua habet diuersas operationes. Et etiā in quattuor regionibus: videlicet in oriente/ occidente/ meridie et septentrione. Et hoc idem dici potest de vita plantarū et animalū. Adhuc habet instinctū reperiendi virtutes planetarum et octaue sphere. Et in isto passu cognoscit intellectus causas/ quare quodlibet elementum agit per suam speciē. ¶ Elementatiua habet appetitum ad elementandum elementata/ ratione cuius appetitus elementa intrant mixturem: et compositionē vno elemento habente appetitū sursum/ alio autem deorsum: vt ipsa sub elementatis existere possit. Et in isto passu cognoscit intellectus quid est causa motus elementorū generādo/ corrupēdo et priuādo. ¶ Elementatiua habet generalem virtutem a qua descendūt speciales virtutes elementorū: que quidē virtutes sunt fundamenta virtutibus vegetatis et sensatis. verūtamē suā virtus q̄ h̄z est defectiua p̄ monstruositates causatas ab elementorū contrarietatibus. ¶ Elementatiua h̄z veras cōditiones/ vt vna species nō se trāsmutat in aliam speciē. Et in isto passu Alchimiste dolent et habent occasionem fiendi. ¶ Elementatiua habet naturalē delectationem sic elementando/ sicut habet vegetatiua in vegetādo/ et sensitius in sentiēdo: rōne cui⁹ elementatiua magnificat et multiplicat acus suos q̄tum potest/ vt suā elementata in magna delectatione esse possint. Et in isto passu cognoscit intellectus quid est causa intēsi coloris/ saporis/ et coloris et h̄mōi. ¶ Elementatiua per suam differentiam habet diuersa subiecta/ in quibus est diffusa: sicut in quattuor massis que sunt obiecta sensuum: sicut ista flamma/ iste aer/ ista

aqua / ista terra quibus utimur. ¶ Item
elementatiua est in metallis / plan-
tis & animalibus / non q̄ in illis ipsa sit
obiectum sensibus. Sed tantum imagi-
nationi & intellectui. Et isto passu cogno-
scit intellectus que fuit cā deceptiois il-
lorum philosophorum dicentium elemē-
ta non esse actu in elementis: sed tantum
ipsa in illis esse in potentia & virtute.

¶ Elementatiua ratione sue concordā-
tie / finis / magnitudinis / bonitatis / pote-
statis / instinctus / appetitus / virtutis /
in eorum elementatis est remissa & con-
tracta: vt fiat temperamentum inter q̄li-
tates contrarias / aqua mordente igne
cum sua frigiditate / & igne aquam cum
sua caliditate: et aere terram cū sua hu-
miditate: & terra aere cum sua siccita-
te: vt elementatiua possit generare ele-
mentatum / elemētando: sicut digestiua
digerere digestum: & faber mollificare
ferrum cum caliditate / vt fiat clauus: et
in isto passu cognoscit intellectus q̄ con-
cordantia est causa generationis in ele-
mentatis. ¶ Elementatiua est ex contra-
rijs qualitibus habituata & assituata:
videlicet ex caliditate / frigiditate / hu-
miditate & siccitate / leuitate / ponderosi-
tate / raritate & densitate: vt contrarietas
sit causa corruptionis in elementatis.

¶ In elementatiua sunt quattuor prin-
cipia: elementans enim est vnum princi-
pium efficiens / mittendo formas in ma-
teriam vt sequatur finis: videlicet ele-
mentatum. ¶ Adhuc concurrunt in hoc
principia huius artis. scilicet bonitas / magni-
tudo &c. & etiā motus celi / qui causat in-
ferioribus motus elementatiue. ¶ Am-
plius in ipsa elementatiua sunt decem
predicamenta in quibus ipsa est diffusa
& similiter regule huius artis. Principia
vero sunt intellectiua / maxime obiectiue
regule aut subiectiue loquēdo cōpara-
tiua: et in isto passu cognoscit intellectus
q̄ principia obiectant obiectum elemen-
tatum & regule sustinent illud. ¶ Elemē-
tatiua est mediū existens inter elemen-
ta simplicia & elementata / sicut sensus
particulares existunt inter sensum com-
mune / & sensata. Et in isto passu cogno-
scit intellectus motum elementatiue a
quo est influxus: & a quo est refluxus: et
in quo subiecta ē discursus. ¶ Finis ele-
mentatiue ē habere & generare elemēta-
tū in quo quiescat. Vt: a q̄ elemētatiua
nullū appetitū h̄t. Si enī appeteret ali-
quid aliud v̄tra suū elemētatiua suū
elemētatiū nō esset suū proprius finis:
& sic plus quiesceret in hoc q̄ non egre-

ditur a sua natura / q̄ in hoc q̄ egredi-
tur & faber plus quiesceret in clauo fabri-
cato / q̄ in suo filio generato ab eo: & leo
plus quiesceret venādo / q̄ suū similem
generādo: quod est impossibile. q̄re pa-
teret q̄ finis elementatiue est habere & ge-
nerare elementum / vt in ipso quiescere
possit. Et in isto passu cognoscit intelle-
ctus q̄ sic quiescit elementatiua in ele-
mentato / sicut vegetatiua in vegetato / &
sensitiua in sensato / & imaginatiua in
imaginato / & intellectus in intellectu.

¶ Elementatiua ē in subiecto maior quo
ad vnā q̄litatē & nō quo ad aliā: sicut in
pipere ē maior quo ad caliditatē / q̄ quo
ad siccitatē. ¶ Adhuc quo ad siccitatē /
magis q̄ quo ad humiditatē. Itē magis q̄
ad humiditatē / q̄ quo ad frigiditatem.
Et in isto passu cognoscit intellectus per
quē modū maioritas elementatiue ē sub-
alternata in subiecto in quo est: vt v̄tū
secūdu iuuetutē & senectutē nō est sic nā
elemētatiua maior est in medio q̄ i ex-
tremitatibus: videlicet in medio etatis
q̄ in iuuetute & senectute: sicut sol qui
maior & calidior est in caliditate in meri-
die q̄ in mane & sero effectiue. ¶ Elemē-
tatiua in equalitate est assituata. Ele-
mēta nāq̄ eq̄les essentias habēt p̄ q̄tita-
tem / vt p̄portio possit esse in elementa-
tis: vt ista rosa illa rosa sint equales in
specie: et sic de alijs suo mō. Nam alias
vnū elemētū corrūpet aliud elemētū p̄
essentiā & naturā: aut vnū elemētū trā-
mutaret aliud in suā essentiā: sicut si ro-
sa trāsmutaret lilium aut violā in suam
essentiā. ¶ Elementatiua i minoritate est
assituata: eo q̄ sua p̄cipia p̄mitiua fue-
rūt de nihilo deducta & creata: itē elemē-
tatiua sc̄z q̄ ē i miori elemētato / ē q̄
de miori q̄titate &c. hituata & assituata.

De elemētatiua per regulam deducta.



¶ Querit / vtrum elemētatiua
differat ab elemētis p̄ essen-
tiā: et respōdēdū ē q̄ nō: q̄
si differret p̄ essentiā / iā ele-
mēta nō haberēt subiectum
in quo essent / cōposita: neq̄ elemētatiua
esset a generāte: sed a create. & q̄litates
elemētatiue mutarent in nouū subiectum
sicut caliditas ignis q̄ est in lapide / non
esset eadē p̄ speciē cū caliditate ignis q̄
est in sphaera ignis: quod est impossibile
sicut humanitas que nō differt ab ani-
ma & corpore / prout coniunguntur: hūant

De elemē-
tatiua p̄
regulā de-
ducta.

Non pars

tas enim ex istis est: non autem ex vno tantum. ¶ Per primam speciem regule c. queritur / quid est elementatiua? Et est respondendum q̄ sua diffinitio iam superius est data. ¶ Per secundam speciem queritur / elementatiua quid habet in se essentialiter et substantialiter? Et dicendum est ipsa habet suos correlatiuos ex quibus est / et cum quibus agit in elementatis: videlicet in lapide / flamma / planta et animalibus. ¶ Per tertiam speciem queritur quid est in alio? et est dicendum q̄ est in elementis instrumentum cum quo ipsa elementa agunt in elementatis. ¶ Adhuc est in decem predicamentis id quod est: et est in vegetatiua fundamentum. ¶ Adhuc est elementatiua in potentia ignis imago infinitatis et eternitatis dei inquantu ignis: si haberet ligna infinita combureret infinite et eterne: sed quia non habet / illa potentia remanet in dispositione tantum: et est finita differente infinita materia. ¶ Per quartam speciem queritur / quid habet in alio? Et est dicendum q̄ habet in subiecto in quo est / suam materiam / et suam formam / et quantitatem / et qualitatem / et suum motum / et huiusmodi: sicut in planta et in animali. ¶ Per primam speciem regule d. queritur / elementatiua de quo est? et est dicendum q̄ est de suis principijs primitiuis in elementatiuis positior ex illis principijs / vt ex vniuersali materia et vniuersali forma sicut elementa. ¶ Per secundam speciem queritur / elementatiua de quo est? et est dicendum q̄ est de sua specifica forma et materia / aut cum ipsis agat per suam speciem elementando elementata. ¶ Per tertiam speciem queritur / elementatiua cuius est? Et est dicendum q̄ subiecti in quo est: sicut pars que est sui totius: vt patet in planta que generando elementat aliam plantam. ¶ Per primam speciem regule e. queritur / elementatiua quare est? Ad quod dicendum est q̄ est eo quia ex elementis est composita. ¶ Per secundam speciem regule e. queritur / elementatiua quare est? Ad quod dicendum est vt per ipsam elementata sint. Adhuc vt vegetatiua / sensitua et imaginatiua ab ea siue fundate / nutrite et genite. ¶ Per primam speciem regule f. queritur / vtrum elementatiua habeat quantitatem continuam? et respondendum est q̄ sic: vt sua continua quantitas sit genus ad quantitatem indiuiduorum que in illis sunt lineate et substantate. ¶ Per secundam speciem queritur / vtrum habeat discretas qua-

titates? Et respondendum est q̄ sic: vt in indiuiduis elementatis habentibus differentes quantitates in numero: et quantitas sua est punctualis / eo quia est ex quattuor elementis coniuncta et constituta. ¶ Per primam speciem g. queritur / qualis est sua propria qualitas? Et respondendum est q̄ illa quam habet per sua propria elementa / sicut colera que est elementata / cui caliditas est sua propria qualitas. ¶ Per secundam speciem regule g. queritur / qualis est appropriata qualitas? et est dicendum q̄ siccitas est ei appropriata qualitas. Nam a terra recipit siccitatem: et sic de alijs complexionibus / preter caliditatem / secundum quod a diuersis recipiteas. ¶ Per regulam h. queritur / elementatiua per quem modum consistit in tempore? et respondendum est q̄ consistit in tempore respectu nunc in quo est. Adhuc consistit in tempore mediante motu in quo est / augmentando / alterando subiectum in quo est / ab vno loco in alterum mutando. et per regulam c. d. R. ¶ Per regulam i. queritur elementatiua vbi est? et respondendum est q̄ in elementatis: et hoc subiectiue: non autem sicut visus in colorato obiectiue: quoniam nisi elementatiua esset in elementato / iam qualitates non essent in elementato: aut essent sine subiecto: quod est impossibile: vt patet in flamma in qua est caliditas: et in glacie in qua est frigiditas / et huiusmodi. Tamen hic dubitat intellectus vtrum in sphaera ignis sit siccitas terre et frigiditas aque cum sint de elementatis inferioribus / humiditate resistente et contrariante siccitati terre / et caliditate ignis frigiditati aque / vsquo ipse recordatur q̄ si omnia elementa non essent in sphaera ignis / neq̄ in qualibet sphaera cuiuslibet elementi alterius esset destructa generalis mixtio eorum: et per consequens mixtiones eorum particulares in elementatis. Nam ad destructionem vniuersalis / sequitur destructio particularis. Item si ignis qui est in sphaera sua calidus per se: et siccus per terram esset siccus per se / adhuc aer qui est humidus per se et calidus per ignem / esset calidus per se: amplius aqua que est in sphaera sua frigida per se et humida per aerem / esset humida per se: et similiter terra que est in sphaera sua sicca per se et frigida per aquam / esset frigida per se: et sic essent due qualitates cuiuslibet elementi in genere aere. Sic due caliditates in igne / et due humiditates / et due frigiditates / et due

ficitates/duē igneitates/duē aereitates/duē aqueitates/ & duē terreitates/ & per consequēs octo elemēta sicut octo q̄litates q̄ supradicte sunt: q̄b̄ ē absurdū dicere: sicut ē absurdū dicere duas albedines i gire/ & duas vegetatiōes/ & duas sensatiōes. ¶ Ampli⁹ esset destruct⁹ appetit⁹ natural⁹/ eo q̄ nō haberet obiectū nā ignis vnus nō appeteret aliū ignem: neq̄ ignis appeteret terrā/ postq̄ per se esset siccus: et sic de alijs elementis pōt dici suo mō: & esset destructa appropriata qualitas: & etiā secunda species regule g. significās illā qualitātē. ¶ Iterum esset destructus motus habēs appetitū sursum: & ille habēs deorsum: et per consequens natura esset destructa/ eo q̄ nō haberet subiectū in quo esset substantia: et etiā destructa elementatiua: & per consequens elementata/vegetata & sensata. Adhuc omne corpus epistens: sub luna esset compositū in vacuitate finis/ in tanto q̄ finis nature esset sic habitus priuatiuus nature: sicut cecitas visus/ et surditas auditus. Et q̄ hec omnia sunt valde impossibilia: patet ergo per regulam h. & per diffinitionē veritatis q̄ omnia elemētata sunt mixta i spheris suis & in massis similiter: & in elementatis iā magis sunt mixta & composita: sicut in plantis in quibus sunt cōposita cū vegetatiua/ et in animalibus cum sensitiua et imaginatiua: & hoc mediante elementatiua composita cum ipsis. ¶ Sed hic miratur intellectus/terra que est inferius/ per quē modū potest ascendere superius: videlicet i spherā ignis/ eo quia aer est in medio contrarius terre. Et si militer ignis descendere ad nos inferi⁹: eo q̄ aqua est priuā illi: vsq̄ quo recordatur scalā concordantie in secunda figura designatā. Nam ignis descendit sic dādo de sua caliditate aeris: et uenit cum eo descendendo: aer dādo de sua humiditate aque: & conuenit cum ea descendendo: & sic transit ignis in aquam per humiditātē calefactā: et aqua descendit ad terrā/ dādo ei de sua frigiditate calefacta & humefacta: et terra ascendit ad ignem dādo ei de sua siccitate calefacta/ hūefacta & frigefacta. Et q̄m q̄litates non dimittunt suum proprium subiectum/qualitatibus ascendētib⁹ et descendētib⁹: ideo ascendunt & descendunt. Et sic sequitur circularis motio et mixtio. ¶ Per primam regulam R. queritur/elementatiua quomō est mixta & composita ex quattuor elementis: sed recordatur intellectus paragrahum loci

supradictum in quo solutio questionis est implicata et significata: et hoc sufficit ad declarandum questionē prelibatā causa breuitatis. ¶ Per secundam regulam R. queritur/elementatiua cum quo elementat elemētata? Et respondendū est q̄ cum instinctu et appetitu principiorum ex quibus est/sequendo motum quem habet secundum naturam diffinitionum principiorum: et sic de regulis in quibus consistit suus transitus. Et hoc idem dici potest per impressiones quas habet in decē predicamentis/ suo tamen motu moto per generalem motum celi. Sed declarare hoc/ esset longum: sed ipsa declaratio factis scibilib⁹ ē sciētī hāc artē.

De nono subiecto quod est de instrumentalitate.



Onū subiectus est de artificio: & h̄ tres species. ¶ Prima est de moralibus. ¶ Secūda de artibus liberalib⁹. ¶ Tertia de mechanicis. De prima. s. de moralibus hic tractabimus. De secūda & tertiā tractabimus in vndecima parte hui⁹ libri: videlicet in applicatione. ¶ Sciendum est q̄ de moralitate possunt tractari duobus modis. s. secundū virtutes & secundū vitia. Et primo de iusticia que est in genere virtutis tractabimus.

De nono subiecto quod est de instrumentalitate.

De iusticia p̄ principia deducta



Quoniam iusticia est applicabilis ad suū genus: videlicet ad virtutē que ē principia vni huius artis: & similiter de equalitate pōt dici et ideo sicut ista duo principia sunt deducta p̄ principia & regulas vt patet in octaua parte huius libri que est de mixtione principiorum: idcirco iusticia applicabilis est ad virtutem & equalitatem secundum q̄ ipse sunt deducte per principia & regulas. Nam particulare applicabile est ad suum vniuersale secundum conditiones ipsius vniuersalis: sed ad maiorem euidētiā iusticie volumus discurrere eam per principia & regulas huius artis. ¶ Iusticia ē habitus cum quo iustus iuste agit: quoniam bonitas est ratio bono q̄ agit bonum: ideo iustum est q̄ bonus agit bonum. Quapropter quando agit bonus/ iuste

De iusticia per principia deducta.

Nonna pars

agit: unde patet quod iusticia oritur de ratione bonitatis. Et in isto passu cognoscit intellectus quod iusticia oritur oriēte suo actu: et quod bonitas est disponens ipsam iusticia/inquiritur est ratio bono quod ipse agat bonum: quoniam magnitudo est id ratione cuius duratio etc. sunt magne: ideo magnitudo est dispositio magne iusticie/bonitatis et durationis: ut si bonus agit bonum magnum et durabile etc. tunc tempus iusticia erit magnus habitus collectus de bonitate/magnitudine/duratione etc. Et in isto passu cognoscit intellectus quod quoad modum magna iusticia est connexa cum principibus/et ab eis derivata: sicut bonitas/magnitudo etc. durans per durationem/sic iusticia durat per illam/supposito tamen quod non superueniat iniuria. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum durat habitus iusticie/dato quod homo utatur altera virtute/aut ipse dormiat. Et in isto passu est intellectus moralis et practicus. ¶ Postquam bonitas est ratio bono quod agat bonum et magnitudo disponit quod illud bonum sit magnum et duratio disponit quod sit durabile: et potestas hoc est ratio quod bonum possit existere et agere bonum/iusticia disponit ut sit deducta per illud agere. et quod bonus agit bonum/tunc iusticia est orta: et est de potentia in actum deducta. ¶ Iusticia per intellectum est intelligibilis: et per voluntatem amabilis. Et ideo intellectus et voluntas ipsa obiectant/postquam iusticia est nata/actus iusticie remanent in potentia. ipsa namque iusticia in duratione et potestate etc. est gubernata. ¶ Iusticia per bonitatem/magnitudinem etc. est disposita: et ideo per voluntatem est amabilis. nam omne bonum est amabile: et ideo quando diligitur cum dispositione bonitatis/magnitudinis etc. tunc iusticia de potentia in actum deducitur. ¶ Iusticia est virtus/que quidem virtus est suum generum: eo quod sub virtute consistit multe virtutes: et ideo sicut virtus in corde oritur ex bonitate/magnitudine etc. sic iusticia oritur per eundem modum per quem virtus moralis oritur. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum particulare cum suo universalis regitur et dirigitur. Et in isto passu iuriste debet valde congaudere/eo quod iste passus est regula generalis infallibilis ad omnia iura. ¶ Iusticia sine veritate esse non potest: et ideo quod est cum illa: sequitur quod illa sic sit cognoscibilis per illum modum per quem veritas est cognoscibilis in discursu principiorum et regularum. Et in isto passu cognoscit intellectus quod iusticia est facilis ad cognoscendum cum discursu veritatis posita in mixtione principiorum regularum. In gloria bonitatis/magnitudo etc. habent delectationem et quietem: ipsam autem habere non possent absque iusticia. Et ideo quod sunt in delectatione conscientia non mordeat: eo quod iusticia est in illa delectatione. ¶ Iusticia ratione differentie habet duas partes: videlicet pondus et proportionem: quo ad pondus est inter se: sed quo ad proportionem est extensa: et ideo in causis quandoque requiritur iudicium inter se: et quandoque extensum/semper quod subiectum iudicium est dispositum et ordinatum ad recipiendum iudicium. ¶ Iusticia per concordantiam principiorum oritur et vivit: et ideo in cognoscendo concordantiam principiorum ad unum iudicium cognoscitur iusticia cum suis conditionibus. nam cognita causa cognoscitur effectus. ¶ Iniuria est inimica iusticie: eo quod iniuria est habitus privativus: et quod concordantia est amica principiorum: ideo iusticia est habitus positivus. Nam unum contrarium cognoscitur per reliquum. ¶ Iusticia dicitur sive significat essentiam: sed ius significat esse iusticie: et quia essentia in suo esse est sustentata/ergo iusticia in iure est sustentata. unde patet ex predictis quod iudex in principio absolutio est causa efficiens/que quidem iusticia est principium formale et ius materiale: eo quia per iusticiam formatum est. Iudicium hoc est principium finale: eo quod in ipso est quies. ¶ Iusticia est medium iter actorum et reorum/cuius quo iudex dat unicuique ius suum. Nam sicut iusticia non potest esse medium absque iudicare/neque etiam absque bonificare/magnificare etc. ut suum iudicare sic sit mixtum cuius bonitate/magnitudine etc. ¶ Finis iusticie est quies principiorum: eo quia sine iusticia quiescere non possunt. Unde sequitur quod iusticia est subiectum finale in quo principia habent pacem inter actorem et reum reddendo unicuique quod suum est. ¶ Iusticia est maior per substantiam quam per accidens. unde sequitur quod sua maior maiestas est substantialis et sua maior minoritas est accidentalis. Ipsa quidem maior maiestas est cum maiori bonitate/magnitudine etc. et maior minoritas est cum minori bonitate et magnitudine etc. Et ideo in causis iudex debet cognoscere quod est iusticia maior aut minor/in cognoscendo iusticiam substantialem et accidentalem: et ista noticia est in causis valde necessaria: nam iusticia quod stat per actorem substantialem et pro reo accidentaliter et e converso: ut patet per esse et bene esse: esse enim in cau-

pium regularum. In gloria bonitatis/magnitudo etc. habent delectationem et quietem: ipsam autem habere non possent absque iusticia. Et ideo quod sunt in delectatione conscientia non mordeat: eo quod iusticia est in illa delectatione. ¶ Iusticia ratione differentie habet duas partes: videlicet pondus et proportionem: quo ad pondus est inter se: sed quo ad proportionem est extensa: et ideo in causis quandoque requiritur iudicium inter se: et quandoque extensum/semper quod subiectum iudicium est dispositum et ordinatum ad recipiendum iudicium. ¶ Iusticia per concordantiam principiorum oritur et vivit: et ideo in cognoscendo concordantiam principiorum ad unum iudicium cognoscitur iusticia cum suis conditionibus. nam cognita causa cognoscitur effectus. ¶ Iniuria est inimica iusticie: eo quod iniuria est habitus privativus: et quod concordantia est amica principiorum: ideo iusticia est habitus positivus. Nam unum contrarium cognoscitur per reliquum. ¶ Iusticia dicitur sive significat essentiam: sed ius significat esse iusticie: et quia essentia in suo esse est sustentata/ergo iusticia in iure est sustentata. unde patet ex predictis quod iudex in principio absolutio est causa efficiens/que quidem iusticia est principium formale et ius materiale: eo quia per iusticiam formatum est. Iudicium hoc est principium finale: eo quod in ipso est quies. ¶ Iusticia est medium iter actorum et reorum/cuius quo iudex dat unicuique ius suum. Nam sicut iusticia non potest esse medium absque iudicare/neque etiam absque bonificare/magnificare etc. ut suum iudicare sic sit mixtum cuius bonitate/magnitudine etc. ¶ Finis iusticie est quies principiorum: eo quia sine iusticia quiescere non possunt. Unde sequitur quod iusticia est subiectum finale in quo principia habent pacem inter actorem et reum reddendo unicuique quod suum est. ¶ Iusticia est maior per substantiam quam per accidens. unde sequitur quod sua maior maiestas est substantialis et sua maior minoritas est accidentalis. Ipsa quidem maior maiestas est cum maiori bonitate/magnitudine etc. et maior minoritas est cum minori bonitate et magnitudine etc. Et ideo in causis iudex debet cognoscere quod est iusticia maior aut minor/in cognoscendo iusticiam substantialem et accidentalem: et ista noticia est in causis valde necessaria: nam iusticia quod stat per actorem substantialem et pro reo accidentaliter et e converso: ut patet per esse et bene esse: esse enim in cau-

si dicit necessitate: sed bene esse contin-
gentia: et in isto passu cognoscit intelle-
ctus quod necessitas non habet legem. ¶ Equalitas
est habitus iusticie: equalitas quod genera-
lior est ipsa iusticia. Et ideo secundum quod est
litas est discursa in tractatu principiorum:
sic dicitur iusticia discursi in eodem: ut iam su-
pra dictum est: et in isto passu cognoscit in-
tellectus quod bonus et equum est reddere
unicuique quod suum est: cum bonitate/magni-
tudine etc. ¶ In causis una iusticia est ma-
ior altera iusticia: et illa que est minor: di-
stat magis a magnitudine bonitatis/du-
rationis etc. ¶ Illa que tantum non distat ab
eodem: et in isto passu cognoscit intellectus
quod iudex posset cognoscere in causis mi-
nozem iusticia cum minori magnitudine
bonitatis/durationis etc. que cum maiori
tate iusticie concordat.

De iusticia per regulas de- ducta.

De iusti-
cia per re-
gulas de-
ducta.

De regulam b. queritur iusti-
cia corrupta in hoc: an ipsa
reuertatur in eundem numerum
quando iniuria corrumpitur?
Et respondendum est quod non.
Nam sicut naturaliter materia disponi-
tur et proportionatur successiue forma
instanti in ea introducitur: sic habitus
moralis successiue disponitur et propor-
tionatur et in instanti proficitur: et ideo quando
habitus corrumpitur/ipse in instanti cor-
rumpitur. ¶ Per primam speciem regule c. qui-
tur iusticia quid est? Et respondendum
est quod est illa forma cui proprie competit
iudicare. ¶ Per secundam speciem c. queritur
iusticia quid habet in se: essentialiter et
substantialiter? Et respondendum est quod
habet suos correlatiuos morales videli-
cet iustificatiuum/iustificabile et iustifi-
care cum quibus est habitus: sed hic du-
bitat intellectus: utrum iusticia remaneat
habitus quando homo non vult illa/aut
dormit/aut vult alia virtute? Et respon-
dendum est quod est sic: iusticia enim non cor-
rumpitur: nisi quando iniuria introduci-
tur. ¶ Per tertiam speciem queritur quid
est iusticia in alio? Et respondendum
est quod est in causis causa: et in alijs virtu-
tibus est connexio earum: sicut humili-
tas et patientia/que iuste se conueniunt.
¶ Per quartam speciem queritur iusti-
cia quid habet in alio? Et respondendum est quod
habet obiecta in causis que iuste sunt obie-
ctata: etiam habet impressiones principio-

rum et regularum: et decem predicamentorum.
¶ Per primam speciem regule d. queritur ius-
ticia de quo est? Et est dicendum quod ipsa est
de disponetia principiorum regularum/
et decem predicamentorum/co quod sub ipsis est.
¶ Per secundam speciem queritur iusticia de
quo est? Et dicendum est quod ipsa est de sua
specificata materia et forma/que descen-
dunt per differentiam et proprietatem a
generali virtute: ut iusticia per iusticia in iu-
dicio possit agere. ¶ Per tertiam speciem
queritur iusticia cuius est? Et responde-
ndum est quod est iusticia: sicut cappa cappati.
¶ Per primam speciem regule e. queritur
iusticia quare est? Et respondendum est quod
est ex tunc et bilibus et are principiorum
collecta est/videlicet ex iustificatiuo/bon-
ificatiuo etc. et iustificabili et bonificabi-
li et iustificare/bonificare et magnificare
etc. Et in regulis assituata est per propie-
tatem et impropria et specifica materia et
forma inducta est: nam sicut eadem qualitas
videlicet eadem significatio est per
vnam formam specificam in rosa/et per aliam
in viola: sic eadem virtus est per formam
et materiam specificas iniusticia/et per
alias in prudentia. ¶ Per secundam speciem
queritur iusticia que est? Et respondendum
est: ut principia a quibus descendit habeat
actus rectos in causis. Adhuc est: ut cui-
tas habeat pacem et bonum publicum. ¶ Per
primam speciem regule f. queritur iusticia que
ta est? Et respondendum est quod est que
continue sine habeat que tate continuas: eo
quia est habitus continuus: non autem quis
punctualis: neque linealis: quia non est de co-
ditione corporis: neque crescit: neque decre-
scit: licet suus actus quod sit magnus: quod
paruus: sicut idem martellus qui quod dat
magnum ictum/quandoque paruum/secundum age-
tis voluntate vitis illo ad placitum iuris.
¶ Per secundam speciem regule f. queritur quod
sunt sue que tates discrete? Et responde-
ndum est quod sunt ille quas habet per differentiam. ius-
ticia enim vna que tate habet in iudice: alia
in actore: alia vero in reo: sicut eadem ad
vnum situm habet in vase circulari et alium in va-
se triangulari. ¶ Per primam speciem regule
g. queritur iusticia qualis est? Et est dicendum
quod est talis que est per bonitatem/magni-
tudinem etc. sine quibus esse non potest.
¶ Per secundam speciem g. queritur iusti-
cia qualis est? Et est dicendum quod est ta-
lis qualis potest esse per connexionem
aliarum virtutum que habent per ius-
ticiam actus rectos. ¶ Per regulam h.
queritur per quem modum consistit ius-
ticia in tempore successiue de vno obie-
cto in aliud: sicut nauis in motu primo lo-

caliter: s; iusticia p'sistit sic absq; successione in tpe/in subiecto in quo est/sicut homo sedens in nauemouente/z in motu continuo. Et quo ad species ipia illa sufficiant cā breuitatis. ¶ Per regulā i. querit/iusticia quō p'sistit in loco cū ipsa nō sit p'ctualis neq; linealis: Ad qd respondendū est q' p'sistit in loco p illū modū q' dictus est in regula. h. nā mediante subiecto in quo est iusticia/ipsa consistit in loco p accidēs. Et hoc sufficiat de speciebus loci cā breuitatis. ¶ Per primam speciem regule r. querit/iusticia quō est? r rōndendū est q' est per illum modū per quē a suis principijs collecta est: r in regulis posita est cū diffinitionib' principior/z cū assituationib' regularū r specierū. Et hoc significatū ē p hoc qd de ea supradictū est. ¶ Per secundā regulā r. querit iusticia cū quo est? r rōndendū est q' est cū materia r forma specificis ex quibus est: r cum differentia que diuidit generalē virtutem in multos habitus: r est cū proprietate que specificat ei talē materiā r nō aliā: r talem formā r nō aliā: vt sit oino virtus specialis. Adhuc est cū agente qui acquirit ipsam/z est cum bonitate: qz bona est. r sic de alijs sine quibus esse non potest.

De prudentia per principia Deducta.

Deductio prudentie p principia

Primo subsistens rōni bonitatis qn ipsa est ratio bono q' bonus agat bonū/tūc tēporis bonus est de prudentia habitus: qn autem nō subsistit rōne bonitatis/tūc ipia est imprudēs. ¶ Homo disponēs suā bonitatē cum magnitudine/vt ipsa sit magna ratio bono q' agat magnū bonū/prudens est. ¶ Homo antiquus suā prudētiā pseruando cū ea in causis/cū illa quidem prudens submitit prudentias nouas. ¶ Prudentia cum potestate pōt/z potestas cū prudētia est gubernata r acquiescit. ¶ Prudentia est habitus scientie per intelligere/z fidei p credere. ¶ Prudentia primo r principaliter est habitus per amorē: secundarie aut per timorem: nā timor consequitur amorē. ¶ Prudentia qn est bona/tunc ipia est virtuosa: qn autez est mala/tunc est vitiosa. ¶ Prudentia cū veritate est vera: s; cū falsitate est falsa. ¶ Prudentia cum parua pena disponit magnā gloriā. ¶ Prudentia disponit differentias: sed imprudentia confusiones.

¶ Prudentia cōnectit virtutē cum virtute: sed imprudentia/vitiū cū vitio. ¶ Prudentia cōtradicit ignorantie que est sua inimica: r imprudentia p'radicit intellectui qui est suus inimicus. ¶ Prudentia conseruat causas fm q' ipse sunt assituate in principio. Imprudentia autē illam assituationē corrumpit r destruit. ¶ Prudentia disponit mediū existens pportionaliter inter principium r finē. Imprudentia autē agit per oppositū. ¶ Homo prudens cum fine perfectionis quiescit: sed hō imprudens cū fine imperfectionis laborat. ¶ Prudentia cū maiori bonitatis magnitudine est maior. Imprudentia cum maiori malicie est maior. ¶ Prudentia cū equalib' causis equalificat suos actus: s; imprudentia cū inēqualibus vult illos coequare. ¶ Prudentia cum maiori tate fugat imprudentiā. Imprudentia autem cū minoritate fugat prudentiam.

De prudentia per regulas Deducta.

Queritur vtrū prudētia simpliciter sit de genere scientie? Et rōndendum est q' nō. ¶ Nā homo credēs veris causis prudēs est. ¶ Per primā speciem regule c. queritur: prudentia quid est? Et est dicendū q' ipsa est habitus cū quo prudens ante eligit magnū bonū q' paruum/z ad bonas cōtingentias se disponit/z a malis se deuiat et segregat. ¶ Per secundā speciem querit: prudentia quid habet in se cōsentiale/cui rōndendū est qd hz suos correlatiuos/sine quibus prudens agere nō pōt. ¶ Per tertiam speciem querit: quid est prudentia in alio? r respondendū est q' est in bonitate bona: s; ē mala in malis: r est i virtutibus fortis: r in peccatis debilis. ¶ Per quartā speciem querit: prudentia quid habet in alio: dicendū est q' in virtute habet meritū: s; in peccato culpam. ¶ Per primā speciem regule d. prudētia de q' est? r rōndendū q' ipsa est de fantasmatib' que intellectus acqrit p diligentia r experientia vt fugiat laborem/z in fine quiescat. ¶ Per scōdam speciem querit: prudentia de quibus est? r dicendū q' est de suis tuis r bilib' q' solū ei cōpetūt. ¶ Per tertiam speciem querit: prudentia cui est? r dicendū est q' ipsa est subiecti in q' est/sicut cappa cappati. ¶ Per primā speciem regule e. querit: prudentia quē est? r rōndendū est q' est eo.

Deductio prudentie per regulas.

qz ex suis tuis z bilibus specificis cōstituta est. ¶ Per secūdā specie querit/prudentia quare est? et respondendū ē qz ipsa est propter utilitatem prudentis ut euz ipsa acquirat quietē. ¶ Per primā specie regule f. queritur/ de continua cōtitate prudentie? Ad quod respondendū est qz prudentia inq̄tum est habitus/hz sic continuam cōtinitatem: sicut cappa cappam. ¶ Per secūdā specie querit/ de discreta cōtitate prudentie? et respondendum est qz ipsa hz discretā cōtitate rōne differentie suozū correlatiuozū. ¶ Per primā specie regule g. querit/ de prudentia que est suā ppria passio z qualitas? Cui respondendū est qz est prudentia. ¶ Per secūdā specie queritur /que est appropriata qualitas prudentie? Et respondendū ē qz est bonitas in bonis z malicia in malis. ¶ Per regulā h. queritur de tēpore prudentie? Et respondendū ē p regulas c. d. k. Nā ille significat modū quo prudentia p̄sistit in tēpore p hoc qd est: z p ea de quibus est: z per modum quē habet in tēpore qn prudens utitur prudentia in tēpore. ¶ Queritur p regulā i. prudentia ubi est? Et respondendum est qz in regulis c. d. k. extra quas in subiecto esse nequaquā potest. ¶ Adhuc est in factis prudentis euz quibus ipse prudenter agit. ¶ Per primā regulā k. queritur/prudentia quomodo est? Et respondendum est qz ipsa est per illū modū quē prudēs hz/ causando eā/ z colligēdo similitudines principiozū z regularū ex quib⁹ est. ¶ Per secūdā regulā k. queritur/prudentia cū quo est? Ad qd respondendum est qz ipsa est cum prouidentia/ diligentia/ scientia aut credulitate/ dispositioe z p̄portione/ sine quibus esse nō potest.

De fortitudine per principia deducta.

De fortitudine per principia deducta.



Fortitudo sub ratiōe bonitatis nutritur/ coloratur z disponitur/ z p̄portioat z cōditionatur. ¶ Fortitudo cū magnitudine bonitatis/ magnitudinis/ durationis zc. exceptis cōtrarietate z minoritate/ ē impugnabilis z defendibilis. ¶ Fortitudo antiquata cū duratiōe bonitatis/ magnitudinis sibi submittit fortitudines nouas. ¶ Fortitudo cū potestate bonitatis/ magnitudinis zc. olap̄t. ¶ Fortitudo fortior ē cū intelligere qz cū credere. ¶ Fortitudo fortior ē cū amore qz cū timore: si-

ne fortitudine nulla virt⁹ ē fortis. ¶ Fortitudo cū veritate causat audaciam z victoriā. ¶ Fortitudo cū delectatiōe facit hoies magnanimū. ¶ Fortitudo cū alijs virtutib⁹ diuersificat actus suos. ¶ Fortitudo cū maiore virtute maiore p̄cordātiā hz. ¶ Fortitudo in peccatis ē habit⁹ priuatus. ¶ Fortitudo hz p̄cipia specifica/ ut actus específicos habere possit. ¶ Fortitudo est mediū existens inter virtutē z virtutē. ¶ Fortitudo euz sine ultimo causat audaciā z victoriā. ¶ Fortitudo maior est p ea que sunt substantialia: qz per ea que sunt accidentalia. ¶ Fortitudo est fortior cū causis equalibus qz cū inequalibus. ¶ Fortitudo minor est euz maiori vicio/ z etiam est pugnabilis z deuincibilis cum illo.

De fortitudine per regulas deducta.



Trū fortitudo sit fortior p prosperitates qz p aduersitates? Et respondendū est qz sic cū prosperitate eū pugnāt cū acritate z amore. Cū aduersitate aut pugnāt cū paciētia z timore. ¶ Queritur per primā specie regule e. fortitudo quid est? et respondendū est qz est habitus ponēs fortificabilia cōtra vitia. ¶ Per secūdā specie querit/ fortitudo qd hz in se sibi coessentialē? et respondendū est qz ipsa hz suos correlatiuos cum quibus est habit⁹. ¶ Per tertiā specie queritur/ qd est fortitudo in alio? ad qd dicendū ē qz ipsa est in bonitate bona et magna in magnitudine: nā vna virtus p accidēs ē habit⁹ alteri⁹ virtutis. ¶ Per quartā specie querit/ qd habet in alio? et respondendū est qz habet in bonitate bonū actū: z in magnitudine magnū zc. et in iusticia iustū: sicut bonitasq̄ est fortis in fortitudine. ¶ Per primā specie regule d. querit/ fortitudo de quo ē? Ad qd respondendū est qz ipsa est de actib⁹ superiorum potētiarū: videlicet de intelligere/ diligere z recolere. ¶ Per secūdā specie querit/ fortitudo de quo ē? Ad qd respondendū est qz ipsa est de suis tuis z bilib⁹/ ut ipsa possit habere actū specificū. ¶ Per tertiā specie querit/ fortitudo cuius est? Cui dicendū est qz ipsa est subiecti in quo ē/ eo qz suū instrumētū est. ¶ Per primā specie regule c. querit/ fortitudo qre est? et est respondendū qz ipsa ē qz habitus acquisitus est. ¶ Per secūdā specie queritur/ fortitudo quare est? Et

De fortitudine per regulas deducta.

respondendum est qd ipsa est/ vt alie virtutes contra vitia victoriam habere possint. ¶ Per primam speciem regule f. queritur/ fortitudo q̄ta est? Ad qd dicendum est qd ipsa est tanta q̄ta ipsa est habitus acquisitus. ¶ Per secundam speciem queritur/ fortitudo q̄ta est discreta? Cui respondendum est qd ipsa h̄z q̄tatem discretam p̄ qua suū actus crescit aut decrescit. ¶ Per primam speciem regule g. queritur/ que est propria q̄litas fortitudinis? Ad qd dicendum est qd virilitas/ aiositas cū qua est in sua continua q̄litate p̄manēs: sicut homo in sua risibilitate. Et in isto passu cognoscit intellectus qd essentia sua non crescit/ neq̄ decrescit. ¶ Per secundam speciem queritur/ que est appropriata qualitas fortitudinis? Ad qd respondendum est qd est iusticia zc. Nam sicut iusticia p̄ fortitudinem est fortis: sic fortitudo per iusticiam est iusta: et in isto passu cognoscit intellectus qd virtus per appropriatam qualitatem crescit/ aut decrescit actus suū scdm qd illa qualitas ē ei influxa. ¶ Per regulam h. queritur/ fortitudo q̄ta consistit in tempore? Ad qd respondendum est qd per illū modū qui significatur per regulam c. d. R. Nam per tertiam speciem c. est in subiecto mobilis z successiva secundum motū z successiones subiecti in quo est. ¶ Per quartam autem speciem habet novitatem: z sic de alijs regulis suo modo. ¶ Per regulam i. queritur/ fortitudo ubi est? Et respondendum est qd ipsa est in victoria: sicut agens in effectu suo: sicut patet p̄ tertiam speciem regule c. Et sic de d. R. dici potest suo modo. ¶ Per primam regulam k. queritur/ fortitudo/ quomodo est? Et dicendum est qd ipsa est per illū modū quē h̄z in diffinitione se p̄ alias virtutes/ causando suas similitudines. ¶ Per secundam regulam k. queritur/ fortitudo cum quo est? Ad quod dicendum est qd ipsa est cū principijs z diffinitionib⁹ aliarū virtutū z cū alijs virtutibus/ z maxime cum potestate/ voluntate/ spe z charitate sine quibus esse non potest.

De temperantia per principia deducta.

De temperantia p̄ principia deducta.



Temperantia subsistēs rōni bonitatis h̄z bonū actum. ¶ Temperantia cū magnitudine ē magna: z h̄z magnū actū. ¶ Temperantia q̄tō magis durat/ tātō min⁹ de labore h̄z. ¶ Temperantia absq̄ potestate

aliarū virtutum potestatem habere nō pōt. ¶ Temperantia p̄ suū actū est scilicet. ¶ Temperantia est amabilis in verbis z in expēsis z in mēsa. ¶ Temperantia est illa virt⁹ q̄ frequent⁹ ē necessaria. ¶ Temperantia cū h̄tate causat actū suū. ¶ Temperantia causat quietē/ sanitatē z delectationē. ¶ Temperantia semper distinguit inter maius z minus eligēdo equalitatem. ¶ Temperantia cōcordat eq̄les res ad unū finē. ¶ Temperantia maxime cōtradicit gula. ¶ Temperantia in principio oportet qd sit fortis/ vt sequat mediū/ z per mediū sequat finis. ¶ Temperantia est mediocri mēsurā diminuēdo magis/ in augmētando min⁹. ¶ Temperantia cū fine quiescit in labore. ¶ Temperantia cū maiore virtute ē maior. ¶ Temperantia cū reb⁹ eq̄lib⁹ crescit suū actū. ¶ Temperantia cū minoritate laborat: z cum ea est infirma.

De temperantia p̄ reglas dducta



Trū temperantia sit necessaria in omnibus virtutibus? Et respondendum est qd sic: vt virtutes habeant act⁹ temperatos. ¶ Per primam speciem regule c. queritur/ quid est temperantia? Respondendum est qd est illa virt⁹ cum q̄ h̄z actus temperatos. ¶ Per secundam speciem regule c. queritur/ temperantia qd h̄z in se coessentialiter? Ad qd respondendum est qd ipsa h̄z suos correlatiuos sine quibus esse non pōt/ cū quibus ē habit⁹ subiecti in quo est. ¶ Per tertiam speciem queritur/ temperantia qd ē in alio? Et respondendum est qd ipsa est in agēte mēsurā q̄ cū ea mēsurat act⁹ suos tepatos. ¶ Per quartam speciem queritur/ temperantia qd est in alio? Cui respondendum est qd ipsa h̄z in principijs actū suū/ z in iusticia iustū/ z prudentia prudētē/ z in fortitudine fortē. ¶ Per primam speciem regule d. queritur/ temperantia de quo est? Ad qd respondendum est qd ipsa ē de similitudinibus actū aie: videlicet de similitudinibus intelligēdi/ diligēdi z recolēdi. ¶ Per secundam speciem queritur/ temperantia de quo est? Ad qd respondendum est qd ipsa est de actibus temperatis imaginatiue/ sensitive/ in subiecto in quo ē. ¶ Per tertiam speciem queritur/ temperantia cui⁹ est? Ad qd dicendum est qd ipsa est subiecti cui⁹ est habit⁹. ¶ Per primam speciem regule e. queritur/ temperantia q̄re ē? Cui dicendum est qd ipsa ē. Nam causata ē p̄ tepatū rōnari/ imagitari/ sentire. ¶ Per secundam speciem queritur/ temperantia q̄re ē? Et respondendum est qd ipsa est: vt subiectū in quo est/ habeat p̄ ea act⁹ temperatos. ¶ Per primam speciem regule f. queritur/ temperantia q̄ta est discre

De temperantia p̄ regulas deducta.

te? Ad qđ respondēdū est qđ ipsa hz qđti-
tatem discretā: cū qua creuit & decreuit
suos actus. ¶ Per primā speciem regu-
le g. querit/ qđ est ppria qualitas tempe-
rantie? Ad qđ respondēdū est qđ est ab-
stinentia. ¶ Per secūda speciem querit/ qđ
est qđlitas appropriata temperatīe? et re-
spōndēdū est qđ est bonitas / magnitudo/
equalitas & iusticia. ¶ Per regulā h. qđ-
ritur/ qđ temperatīa consistit in tempore?
Ad quod dicendū est qđ ipsa consistit p
illū modū p quē subiectū in qđ est consistit
i illo/ temperatīa existente habitu hz sub-
iectū suos act? cū illa. ¶ Per regulā i. qđ-
ritur/ temperatīa vbi est? Et respondē-
dū est qđ est in subiecto in quo est: sicut
cappa in cappato/ vel efficiēs in effectu.
¶ Per primā regulā k. qđrit/ temperatīa
quō est? Ad qđ respondēdū est qđ ipsa ē
p illū modū p quem hō cū actibus supio-
rum potentiarū secūdū intelligere / dil-
gere & recollere: temperat actus inferio-
rum potentiarum: videlicet imaginari/
affari/ comedere &c. Et hoc signatur per
regulā c. d. k. ¶ Per secūda regulā k. qđ-
ritur/ temperatīa cum quo est? Ad qđ
respondēdū est qđ ipsa est cum iusti-
cia/ prudentia &c.

De fide per principia de- ducta.

De fide p
principia
deducta.

De analogiam oportet nos
discurrere istud capitulum:
vt videamus p quem modū
fides est superius: & intelle-
ctus inferius: et primo p bo-
nitatem: qm̄ intellectus nō pōt tantum
obiectare deū qđt um ipse obiectabilis ē:
iō diuina bōitas est rō deo qđ pponat se
intellectui hūano/ obiectādo & credēdo:
hoc quidē intelligens bonū est: & tunc tē-
poris intellectus obiectat deum creden-
do ipsum esse vnū infinitū & eternū crea-
tores/ saluatores: & huiusmodi. & hoc in-
tellectus facit supra suā naturam: et ta-
lem obiectionē dicimus esse sanctam fi-
dem admirabilem & bonā. ¶ Deus est
magnum obiectum/ & secūdū suā magni-
tudinem intellectus nō pōt ipsum natu-
raliter obiectare: idcirco deus magnifi-
cat intellectū: vt magnifice agat: supra
suā naturā simpliciter credēdo: et sic fi-
des ascendit sup intellectū: sicut oleum
ascendit super aquā. Nā qđ intellectus
attingit deū esse vnū cū fide/ credit ma-
gis esse vnū qđ cum intelligere intelli-
gat ipsum esse vnū: intellectus enim al-

tior est per magnitudinem cum credere
absq; labore / qđ cū intelligere cum labo-
re. ¶ Fides durat per durationem & deo
data/ intelligere aut durat per scientiā
acquistā: vñ patet qđ fides est superius:
sed intellectus est inferius: et qđ homo
fide habituatus/ peccat p auariciā / aut
luxuriā &c. Fides durat in subiecto sub
portione/ & cū difformitate. Nam subie-
ctū nō est dispositū cum iusticia/ pruden-
tia &c. ¶ Sicut asinus qui nō est disposi-
tus: vt serico sit indutus. ¶ Prima cau-
sa plus pōt qđ secūdaria/ & qđ secūda po-
test cū prima/ tunc potest supra seipsā.
Quapropter intellectu pōt per primam
causam credere in eam: sed qđ potest p
se/ est intelligere deū & adiuuante tamen
credere ad suum intelligere: sicut dixit
Esaias: nisi credideritis/ nō intelligetis:
sicut aliqđ hō qui non erat philosophus:
et in posterū fuit philosophus/ & dū non
erat philosophus/ credebat deum esse:
sed cum fuit philosophus intellexit deū
esse. Et tunc intellectus ascendit ad illū
gradum intelligendo/ in quo erat credē-
do. Verūtamen non dico qđ propter hoc
fides destruat: sed qđ ipsa ascendit in al-
tiorē gradum obiectando/ plus credē-
do deum esse/ qđ intelligendo ipm̄ esse:
sicut oleū in vase in quo est supra aquā.
Et qui adderet pl^o de aqua p̄dicto vase/
aqua quidem ascenderet ad illum locū
in quo erat oleum. Et deinde oleū ascē-
deret in altiorē locum in quo nō erat.
¶ Deus est intelligibilis per suā natu-
ram. Et ipse causat qđ intellectus huma-
nus intelligat multum per naturā/ deo
habituante illum de fide: vt ipse cum fi-
de adiuuet eum ad intelligendum. In-
tellectus enim plus potest ascendere ad
primum intelligibile: videlicet ad deum
cum duobus habitibus/ qđ cum vno tā-
tum: sicut ipse plus potest cum pruden-
tia & fortitudine/ qđ cum prudentia tan-
tum: quando intellectus intelligit obie-
ctum primum/ fides disponit ipsum in-
tellectum ad intelligendum. Sicut chā-
ritas disponit voluntatem ad amandū
obiectum primum. Et sicut voluntas nō
posset amare obiectum primum sine chā-
ritate: sic intellectus non potest intelli-
gere obiectum primum sine fide. Unde
patet qđ sicut charitas non corrumpi-
tur quando voluntas amat primum ob-
iectum: sic fides non destruitur quando
intellectus intelligit primum obie-
ctum. Nam potentia non contradicit
sue dispositioni communi. Per illam
enim ascendit et fortificatur. ¶ Fides est
R uij

virtus existens habitus in intellectu: alioquin fides non posset esse virtus: nec habitus: sicut charitas que non posset esse habitus nisi voluntas esset ei subiectum. Et ideo sicut charitas facit ascendere voluntatem ad amandum obiectum virtuose: sic fides facit ascendere intellectum ad intelligendum obiectum virtuose. ¶ Fides cum veritate est habitus intellectus: et ideo quoniam intelligit obiectum primum cum veritate ipse intelligit. Nam absque veritate eum intelligere non potest. Et ideo veritas est principium fidei et intellectui commune: verumtamen fides in veritate est superius in credendo/intellectus autem inferius in intelligendo: et ideo quando intellectus ascendit in altiore gradu in veritate: et similiter fides ascendit in altiore gradu in ipsa veritate. Nam habitus est superius: sed habitus est inferius: sicut homo cappa tuus ascendens in montem cuius corpus est inferius: et sua cappa in ipso superius. Intellectus non potest intelligere deum nisi cum labore: sicut homo ascendens in montem qui in illum ascendere non potest nisi cum labore: sed cum intellectus ascendit ad deum cum fide non laborat: sed potius in illo se delectat credendo: et quia potentia altior est sine labore quam cum labore: idcirco intellectus est altior credendo divinam gloriam quam intelligendo. Intellectus non distinguit credendo modaliter et necessarie: sed largi et confuse: sed intellectus cum intelligit vere necessarie quidem et inconfuse intelligit: et ideo intellectus in credendo est instantaneus: intelligendo autem successivus: quare patet quod intellectus altior est in credendo quam intelligendo: cuius ratione suus actus est super sua natura credendo: sicut aqua est super sua natura calefaciendo. ¶ Fides est habitus a deo datus: et sic a deo gubernatur: sicut a deo creatur: unde patet quod intellectus non potest talem habitum gubernare: nam super sua natura est: verumtamen disponit se ut succubaret ei: timendo deum offendere/non credendo in eum. Et sic oritur concordantia inter intelligere et credere. ¶ Illa lex quecumque sit per fidem/oportet quod sit vera. Sicut per bonitatem oportet esse bonam: et per magnitudinem magnam etc. Et ideo lex illa oportet quod sit vera: si quod fides est altior in veritate: et magis contra peccata: et in isto passu cognoscit intellectus quod lex oportet quod sit vera: aut lex christianorum: aut sarracenorum: aut in deorum. ¶ Fides in principio disponit intellectum ad intelligendum: ut per regulam b. patet. Et quoniam intellectus est in aliquo gradu in intelligendo: fides disponit il-

lum in illo gradu credendo: ut ascendat in alium gradum intelligendo: et sic de gradu in gradu: quovis intellectus ascendit ad primum obiectum: et in ipso quiescit intelligendo: sed maxime in via credendo. ¶ Fides est medium cum quo intellectus acquirit meritum: et ascendit ad primum obiectum: quod quidem influit intellectui fidei: ut ipsa sit intellectus unus pes ad ascendendum. Et intellectus habet alium pedem de sua natura: videlicet intelligere: sicut homo ascendens scalam cum duobus pedibus. Et in primo scalone/primo pontitur pes fidei. Et in illo met pes intellectus/ascendendo gradatim. Et in secundo scalone/primo ponit pes fidei: et deinde pes intellectus/ascendendo gradatim cum prioritate fidei: et cum posterioritate intellectus: et similiter sicut in disputatione/primo ponitur dubitatio/deinceps affirmatio vel negatio. Credere non est finis intellectus: sed intelligere: verumtamen fides est suum instrumentum ad elevandum suum intelligere cum credere: et ideo sicut instrumentum consistit inter causas et effectum: sic fides consistit inter intellectum et deum/influxa fide a deo in subiectum: ut per ipsum quiescat in obiecto primo. ¶ Illa fides que est maior in bonitate/magnitudine etc. et etiam in spe/charitate etc. oportet quod sit vera: sed fides et contraria quod sit minor et falsa. Alioquin principia positiva succubere principis privativis: quod est impossibile. Et in isto passu cognoscit intellectus/que fides est maior et verior illa habente maiorem virtutem et maius obiectum. ¶ Illa fides que primo credit esse equalitatem in rationibus dei oportet quod sit vera. Sed illa que ponit in illis inequalitatem oportet quod sit falsa. in deo namque non est prius neque posterior: quia divina bonitas/magnitudo etc. sic oportet quod habeant suos correlativos equales: sicut intellectus et voluntas habeant potentias equales. Et in isto passu cognoscit intellectus que fides est vera. ¶ Cum minore fide/intellectus non potest elevare suum intelligere: sed cum maiore. Et in isto passu cognoscit intellectus quod suum maius intelligere: non est contra suum maius credere: sicut in ascensu scale unus pes non est contra alterum: etiam in currere/unus pes non est contra alterum.

De fide per regulas deducta.

De fide p
regulas
deducta.

Upposito q̄ intellect⁹ possit intelligere de deo ea que p̄ fidem potest credere: in deo quidem destrueretur: & per consequens meritū: sicut dicitur: fides non habet meritū: cui hūana ratio prebet experimentum? Ad q̄d respondendū est q̄ non. Ratio huius ē: q̄ fides quidem ascendit supra intellectū: vt iam ostensum est: nam meritum fidei consistit prius. Meritum autē intellect⁹ posterius: sed si essent in eodem gradu bene sequeretur q̄d dicitur. ¶ Per primā speciē regule c. queritur: quid est fides? Ad quod respondendū est q̄ ipsa est virtus a deo data: vt per ipsam credamus id quod per eam intelligere non possumus. ¶ Per secundā speciē queritur: quid habet fides in se coessentialiter? Et respondendum est q̄ habet suos correlatiuos cum quibus est habitus. ¶ Per tertiā speciē queritur: quid est fides in alio? Ad q̄d dicendum est q̄ ipsa est habitus in intellectu: existens supra habitū quez ipse h̄z per sciētiam: vt apparet p̄ gustū gustantē vinū dolū quo iudicat quale ē ipsum vinū gustatū. Sed q̄ possibile est vinū alterari in alio tēpore: id intellect⁹ non h̄z sciētiam certā p̄ intelligere: sed p̄ fidē credit quod tale sit. ¶ Adhuc fides est in bonitate bona / & in magnitudine magna &c. ¶ Per quartā speciē queritur: quid h̄z fides in alio? Et respondendum est ipsa h̄z intelligibilitatē in intellectu: & h̄z in voluntate amabilitatē: ab ipsa em̄ amata est: & in memoria recolibilitatē: q̄ ab ipsa recolata est. ¶ Per primā speciē regule d. queritur: fides de quo est? Et est respondendū q̄ ipsa est de seip̄a: eo q̄ creatura est. ¶ Per secundā speciē queritur: fides de quo est? Et est respondendū q̄ ipsa est de suis tuis & bilibus cū quibus ipsa est virtus specialis. ¶ Per tertiā speciē queritur: fides cuius est? Et est dicendū q̄ ipsa est subiecti in quo est sicut cappa cappati. ¶ Per primā speciē regule e. queritur: q̄re est fides? Et est respondendū q̄ est ea q̄ sua cā est. ¶ Per secundā speciē queritur: q̄re ē fides? Et est respondendū q̄ ipsa est vt intellectus per eā possit credere id q̄d p̄ seipsum nō potest intelligere. Sicut imaginatio est: vt hō imagnetur id quod p̄ sensum nō potest sentire. ¶ Per primā speciē regule f. queritur: q̄ta est fides cōtinua? Et respondendū ē q̄ ipsa est tāta q̄tum homo potest cū ipsa obiectare obiecta. ¶ Adhuc est continua: eo q̄ est habitus indiuisibilis. ¶ Per secundā speciē queritur: q̄ta est fi-

des discrete? Ad q̄d respondendū ē q̄ ipsa est tāta quot sunt sui correlatiui quibus creuit aut decreuit suū actū. ¶ Per primā speciē regule g. queritur: que est propria q̄litas fidei? Et respondendū ē q̄ credulitas. Nulli enīz alteri virtuti competit. ¶ Per secundā speciē queritur: que ē appropriata q̄litas fidei? Et respondendū est q̄ sua bonitas/magnitudo: iste ē rōnes alijs virtutibus cōpetunt: sicut et isti. ¶ Per regulā h. queritur de tēpore fidei: Ad q̄d respondendū est per tertiā speciē regule c. q̄ ipsa est in tēpore: eo q̄ tu ipso est noua. Et p̄ quartā speciē c. ipsa h̄z corruptionē in tēpore: q̄n hō non credit de deo ea q̄ de illo credere solebat: & est resuscitādo in tēpore: q̄n hō resurgit credēdo de deo ea q̄ credere solebant de illo. ¶ Adhuc est in tēpore: nā q̄n h̄z magnū actū/q̄nq̄ paruū. ¶ Itē est in tēpore / q̄nq̄ em̄ obiectat vnū obiectū/q̄nq̄ aliud. Et sic de regula d. h. dicit pot̄ tuo mō. ¶ Per regulā i. queritur: fides vbi est? Ad q̄d respondendū ē p̄ scōam speciē regule c. q̄ ipsa est in suis correlatiuis: et per tertiā speciē c. respondendū est q̄ ipsa est in intellectu: sicut habitus in iuo subiecto: & sic de regula d. h. dicit potest suo mō. ¶ Per primā speciē regule k. queritur: fides quo modo est? Ad q̄d respondendū est q̄ ipsa est per illū modū que h̄z primū obiectū in ponēdo se obiectū intellectui: et credēdo ipse intellectus obiectat ipsum supra suū intelligere. ¶ Per secundā regulā k. queritur: fides cū quo est? Et est respondendū q̄ ipsa est cū potētia obiecto & actu. per intellectū quidē est cū potentia qui effectiue & moraliter vitur fide: et est cū obiecto: videlicet cū deo sine quo eē non potest: acū actu: videlicet cū credere: sed hic dubitat intellectus ipse q̄rendo / q̄n non credit: sed intelligit vbi ē fides: Ad q̄d rōndendū est q̄ fides est in ipsomet intellectu: eo q̄ suus habitus est. Et tūc tēpore credere est in illo in potētia: sed r̄duci ē ad actū q̄n intellect⁹ credit.

De spe per p̄cipia deducta.



Spe ē habitus memorie: vt per ipsaz memoriam sperādo possit ascendere ad p̄mū obiectū sicut intellect⁹ credēdo. ¶ Et primo de bonitate dicem⁹. ¶ Bonū ē memorie q̄ recolat naturaliter deū q̄tum pot̄: & q̄n magis nō pot̄ naturaliter adiuuat spes moraliter deo obiectate se me

De spe p̄
principia
deducta.

Nonā pars

motie rōne sue bonitatis: et memoria sic obiectat deū supra suas vires sperādo/ sicut volūtas cū charitate ascendit ad deū amādo. Et hoc memorie valde est bonū. ¶ Memoria magis est magna per duos actus q̄ p̄ vnū tantū: videlicet p̄ sperare et recollere/ q̄ per recollere tantū. Idcirco magnitudo dei magnificat memoriā hominis / q̄n̄ hō magnifice se disponit ad recollendū deū cū habitu spei: vt memoria q̄n̄ non pōt eū recollere q̄ possit eū sperare. Et hoc memorie magnum est. ¶ Spes cū subiecti dispositione durat i subiecto: videlicet cū recollere deū rōne sue bonitatis/ magnitudinis / eternitatis etc. S; q̄n̄ memoria nō se disponit ad recollendū et p̄ctm̄ est suus habitus: tūc spes nō h; subiectū i q̄ durare posset: et sic deficit. ¶ Memoria cū suo posse pōt recollere: et sicut cū posse dei mediāte spe pōt sperare in deo: et sic analogice loquēdo/ posse spei est superius: posse autē memorie est inferius/ rōne cuius posse existēs inferius ascendit ad obiectū cū posse existēte superius: sicut posse intelligendi cū posse credēdi. ¶ Peccator intelligēs in hora sue mortis suā magnā p̄ctā/ et magnā iusticiā dei: est circa desperatiōem cū intelligere et recollere. Sed spes q̄ est habitus memorie ascendit ad diuinā misericordiā/ deo obiectate se peccatorū habētī spem. Et tūc peccator plōgat se ad desperatiōem: hoc autē facere nō posset/ nisi spes esset habitus memorie. ¶ Q̄n̄ hō est in bello aut in mari cū magna fortuna: aut h; magnā indigentia alicuius rei: tūc t̄pis sua volūtas est intantū remissa et cōfracta p̄pter nimium timorē/ q̄ ipsa nō potest eleuare suum amare ad deū: sed memoria obiectās deū cum spe excitat voluntatē ad amandū illum cum charitate. Et tunc voluntas cōfortata et cōsolata est per memoriā. Et sic de intellectu potest dici qui non inuenit aliud remedium/ nisi sperare in deo. ¶ Memoria cum spe virtuosa est sicut voluntas cum charitate. Et sicut voluntas est virtuosa absq; charitate: sic memoria sine spe. Quoniam memoria et voluntas sunt inter se adinuicē cōadiuantes: ideo memoria cum spe adiuvat voluntatem: et voluntas memoriā cum charitate: vt ipse sint virtuose. Spes cum veritate est vera / et cum falsitate falsa. Et in isto passu cognoscit intellectus q̄ p̄ctōr q̄n̄ pōt fugere a p̄ctō et nō vult: s; p̄ponit exire: tūc ipse credit habere spe et ipam nō h; . ¶ Spes em̄ cū p̄ctō nō pōt participare in subiecto. ¶ Peccator cū spe h; dele-

ctationē: sed absq; spe tristitiā et dolorem. Nā cū spe h; amare: sine spe autē h; odire. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus q̄ p̄ctōr cū spe ascendit ad amandū: sine spe descendit ad odiendū et desperandū: p̄uertēdo amare et sperare i odire et despare: tristitiā et dolorem q̄ sunt in tali p̄ctōre q̄s posset estimare e. ¶ In recollere et sperare est differentia: sicut inter intelligere et credere ratio huius est: qz sperare est superius: sed recollere est inferius recollere est actus naturalis: s; sperare est actus supernaturalis. Sperare et recollere p̄ueniūt inter se. Nā recollere disponit sperare: supposito tñ qz sperare sit cū bonitate/ magnitudine etc. Et sperare facit ascendere/ recollere gradatim: vt sperare p̄ ascendit recollendi possit ascendere. Sicut cappa q̄ ascendit in motū p̄ ascensum cappati. ¶ Spes legitima et spes spuria opponunt/ intantū qz in eodē subiecto stare nō p̄nt. Nā aliquid daret oppositū in obiecto. ¶ Spes legitima est illa q̄ est cū bonitate et veritate et h̄mōi: et est p̄ maliciam et falsitatem. Spes autē spuria est illa q̄ cū malicia et falsitate est p̄ bonitatem/ veritatem etc. Et i isto passu dolet memoria q̄ tot p̄ctōres recollit habitatos spe spuria et difformata. ¶ In principio/ hō sperās in deo est efficiēs: et spes est forma. Et illa q̄ hō recollit/ sunt materia et summi obiectus est finis/ recollere subsistēte ad sperare. ¶ Spes est medium existēs inter peccatorem et deū: eo qz ipa ē nūca/ amboz/ deo influēte spez peccatorū: et peccatore resuēte suū bonū et magnum recollere deo. Q̄n̄ peccator siue hō indigēs recollēs deū sine spe inuenit requē in suo recollere. Ratio huius est: qz sibi recollere nō est in illo gradu in quo inuenit requēs. Q̄n̄ autē spes iūgit: tūc ascendit recollere cū spe ad illū gradū in quo inuenit requies. ¶ Illa spes q̄ est maior rōne bonitatis magnitudinis/ est signū et lumē vere fidei siue legis. Nā minor fides siue lex non pōt stare in maiori spe. Sed maior spes stat in maiori fide siue lege: alioq̄n̄ esset dare oppositū in obiecto. Et in isto passu cognoscit intellectus q̄s populū p̄sistit in lege vera. ¶ Sperare et recollere possunt esse inuicē in summo obiecto in eodē tpe: sed nō equalit̄: eo qz sperare est prius: recollere autē posterius. Sicut velle et amare in eodē tpe p̄nt esse in vno et eodē subiecto. Amare tñ p̄ prius/ qz est habitus: velle autē p̄ posterius/ qz est habitus de charitate: sicut in altitudine motus i qua cappa ē supra cappatū. ¶ Memoria cū minoritate h; reco-

lere: cū maioritate aut sperare. Et ideo quā appetit eleuare suū recolere siue sperare: quidē appetit est difformis. Accensus enim est de genere maioritatis. Et ideo memoria quā credit ascendere/ipsa descendit. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum peccatores cadunt in desperationem. Potentia enim cum minori habitu ascendere non potest: sed cum maiori.

De spe p regulas deducta.

De spe p
reglas de
ducta.

Querit vtrū spes sit habitus memorie? Et rñdendū est qd sic: eo qd in tpe necessitatis memoria sperando pfortat z cōsolat intellectū z volūtatē. Et recolere sic ascēdit ad summū obiectū p sperare: sicut intelligere per credere: et velle per amare. Item sperare non est de genere certitudinis que quidem est de genere scientie, neqz enim est de genere voluntatis. Voluntas enim multā vult: in quibus non sperat: vnde sequitur qd postqz spes non est de genere intellectus/neqz de genere voluntatis: qd ipsa sit de genere memorie. Et cum in alia non sint nisi iste res potentie supradicte: amplius spes nō est de genere imaginatiue neqz sensitivē. ¶ Per primā speciē regule c. querit qd est spes. Et rñdendū est qd est virtus cui pprie cōpetit sperare. ¶ Per scōaz speciē queritur/spes qd hz in se coessentialiter? Ad qd dicendū est qd ipsa hz suos correlatiuos speciales cū quibz agit per speciem suam. ¶ Per tertiā speciē querit qd est spes in alio. Et rñdendū est qd ipsa est virtus specialis in alijs virtutibz: z etiam nuncius cōsolās/z cōfortās/z cōsulens/z huiusmodi. Adhuc est in bonitate bona/z in magnitudine magna zc. z est in imaginatiua inimaginabilis: z in sensitiva insensibilis: z in subiecto indiuisibilis. ¶ Per quartā speciē querit quid hz spes in alio? Et dicendū est qd ipsa hz sperare in recolere: sicut charitas hz amare in velle: z fides credere in intelligere. Adhuc hz bonū actū in bonitate: z magnum in magnitudine zc. z iustū in iusticia zc. ¶ Per primā speciem regule d. querit/spes de quo est. Et rñdendū est qd est de seipsa: neqz habitus creatus est. ¶ Per scōam speciē querit/spes de quo est? Ad qd dicendū est qd ipsa est de suis specificis similitudinibz derivatis a re latuis memorie/quarū ē habitus. ¶ Per tertiā speciē querit/cuius est spes? Et ē re-

